

THEOPHILI CHRISTOPHORI
HARLES.

INTRODVCTIO

IN

HISTORIAM LINGVAE GRAECAE

TOMI POSTERIORIS

PARS SECVNDA



EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AVCTIOR



ALTENBVRGI
IN OFFICINA LIBRARIA RICHTERIA
cIↄIↄCCLXXXXV.

I L L V S T R I B V S

ATQVE

CELEBERRIMIS

CAIETANO DE ANCORA

ET

PASCHALI BAFFIO

BIBLIOTHECAE REGIAE NEAPOLITANAE PRAEFECTO

S. Pl. D.

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES.

Tanta ſunt VESTRA, VIRI ILLVSTRES, erga me merita, vt non poſſim diutius mihi temperare, quin, quae debeam VOBIS, palam declarem cum teſtificatione pii gratique animi. TV enim, HVMANISSIME CAIETANE, non ſolum in pluribus litteris ſingularem humanitatem meique amorem de-

demonſtraſti, et nuper in praefatione ad doctiſſimam TVAM *Xenocratis* editionem nominis mei honorificam iucundamque inieciſti mentionem; ſed etiam TVA effeciſti auctoritate, vt iuſſu Regis VESTRI Potentiſſimi, cuius purpuram adoro, adiuuante Illuſtriſſimo DEMARCO, Regis amico, cuius liberalitatem atque indulgentiam religioſe veneror celebroque, catalogus codicum msstorum graecorum, qui in ſplendida ampliſſimaque bibliotheca regia cuſtodiuntur Neapolitana, conficeretur mihique ad notitiam codicum msstorum in Fabricii B. Gr. amplificandam mitteretur.

TV vero, ILLVSTRIS BAFFI, qui in Graecia habitas, aeque lubenter ſuſcepiſti id negotii, ac diligentiſſime compoſuiſti illum catalogum, TVAque ipſius manu nitide curateque ſcripſiſti. Quem quum accepiſſem, quanto perfuſus fuerim gaudio, dicere non poſſum. Atque ego neſcio, num raram TVAM humanitatem miramque promtitudinem, an ſingularem curam et incredibile litterarum iuuandarum ſtudium in illo concinnando magis admirer et praedicem.

Ego vero gratiis referendis quamuis me imparem ſentiam: malui tamen VOBIS, VIRI ILLVSTRES, leue hoc pii religioſique animi pignus offerre, quam diuturno ſilen-

tio

tio in negligentiae ingratique animi ſuſpicionem iucurrere. Serena igitur fronte accipite, VIRI PRAESTANTISSIMI, hoc teſtimonium ac monumentum pietatis atque obſeruantiae meae, perſuaſi, nihil prius, nihil antiquius mihi futurum eſſe, quam vt ego, VESTRO exemplo excitatus et quaſi prouocatus, VOBIS officia quaeuis humanitatis pro virili praeſtem, meque omnem daturum eſſe operam, vt intelligatis, VOS id beneficii haud collocaſſe in homine ingrato.

In hac autem alterâ parte, quam ſplendidis VESTRIS nominibus inſcripſi, me ea, quae ad hiſtoriam, aut potius notitiam et litteraturam interpretum V. T. graecorum, nouique foederis et ſcriptorum, qui vocantur, eccleſiaſticorum faciant, breuiter eſſe perſequuturum, in praefatione ad priorem huius tomi alterius partem declaraui. Vt tamen interdum de quibusdam rebus et hominibus eſſem copioſior, fecit vel grauitas argumenti, vel librorum a nonnullis poſteritati relictorum atque editionum multitudo. Ego vero multa, quae dicenda eſſent, vel hic de induſtria omiſi, breuitatis ſtudioſus,vel quoniam ea,quum in conficiendo hoc opere, praecipue tomo illius primo verſarer, nondum venerant in notitiam meam, vel, quae eſt imbecillitas in-

genii humani, tanta rerum copia, exciderant memoria. Quare in *Addendis* plura adtuli, quae partim quoque instar spicilegii essent ad Fabricii B. Gr. locupletandam. Praeter ea illis addendis inserui indicem quorumdam vitiorum, quae turpi operarum tarditati et secordiae sunt adscribenda, et in quae, opus leuiter recognoscendo, fere incidi. Omnes enim plagulas quo minus sedulo relegerem, omniaque, quantum fieri posset, indicarem peccata typographica, cum otii penuria prohibuit, tum in primis temporis breuitas, quod, instante mercatu Lipsiensi, operae vrguebant.

Qua propter VOS, VIRI ILLVSTRES, ignoscetis infirmitati humanae, et, quae emendanda supersint, pro ea, qua valetis, animi sagacitate et litterarum copia, facile corrigetis. Saltem, vt vos cum reliquis huius operis lectoribus id faciatis, oro vos rogoque humanissime. Permittite tamen, quum dies diem doceat, aut opportunitas interdum adferat copiam et potestatem librorum siue nanciscendorum siue cognoscendorum siue in memoriam reuocandorum, vt, ne alio tempore illi manibus aut memoria elabantur, quorumdam adhuc librorum adiungam notitiam.

In *tom.* I. prolegom. pag. 82. de *Stephani* Thesauro L. Gr. addi possunt, quae cel. *Barthold. Nicol.*

Nicol. Krohn in catalogo biblioth. suae, (Hamburgi 1793 8.) pag. 173. sq. de duplici illius thesauri editione late differuit. Meum quidem exemplar consentit in fronte libri cum eo, quod possidet cl. Krohn: qui tamen adnotat, exstare variatae et diuersae inscriptionis exemplaria, quae post verba: *Thesaurus Lectori* non habent distichon:

Nunc alii intrepide vestigia nostra sequantur:
Me duce plane via est, quae salebrosa fuit;

sed loco illius ea, quae sequuntur: „*Thesaurus Lectori*, de ea, quam fecit quidam eius epitome:

Quidam ἐκτέμνων *me, capulo tenus abdidit ensem:*
Aeger eram a scapulis, sanus at huc redeo.

De magno, quod idem compendium affert, dispendio agitur in ea, quae proxime sequitur epistola. — Henric. Stephani Oliua. Cum priuilegio caes. — — Regis. „*Krohn.* V. C. postquam diuersas variorum V. D. opiniones protulerat, in sententiam it *Maittarii* in histor. Stephan. pag. 359. diuersa esse huius thesauri integra exempla atque annis distantibus, typis denuo compositis, e prelo prodiisse, idque factum esse circ. a 1580. — Idem V. D. pag. 173. de edit. Paris (1529). *Budaei* commentarior. L. Gr. vberius agit.

Tom. I. pag. 495. add. *Demetrii Phal.* de elocut. gr. et lat. cum comment. *Petri Victorii*, Florent. 1594. fol. in bibl. Dresdensi. — libell. de elocut. latine, Natali de Comitibus interprete. Venet. 1557. 8. — quaestionibus illustratus op. *Jo. Simonii* Rostock. 1601. 12. J. M. Gesneri progr. Gott. 1746.

Tom. I. pag. 584. add. *Gabriae* siue potius *Ignatii* Diaconi tetrasticha in Aesopicas fabulas cum versi-

versionibus iambicis *Jos. Scaligeri, Paulini* et *Jo. Fidleri* Cygneae. 1668. 12.

Tom. II. pag. 316. ad nr. 4. add. *Ernestina Christina Reiske*, sexus sui ornamentum, in libro, *zur Moral*, inscripto, Lipsiae 1782. 8. vertit 1) ex *Luciano* III. dialogos, imagines, de imag. et Toxarin. 2) pag. 93. sqq. ex *Libanio* quasdam declamationes atque epistolas; 3) p. 179. sqq. *Hippocratis* epist. ad Damagetum 4) pag. 149 sqq. *Epicteti* enchirid. 5) *Cebetis* tabulam. 6) pag. 257. sqq. *Xenoph.* hist. Anthiae etc.

Tom. II. pag. 360. nr. 5. add. gall. vers. par le Sr. *de Marcassus*. Paris. 1626. 8. — (par Amyot) cum figg. per Audran. f. l. (Paris.) 1718. mai. 12. v. *Freytagii* Anal. pag. 23. — par *Amyot* Amsterd. 1734. 12. — par *Ansse de Villoison*. cum figg. Paris. 1787. mai. 4.

Tom. II. 1. pag. 361. lin. 2. ad num. a. 1597. add. in *Hambergeri* Z. N. III. p. 35. notatur a. 1579. — alibi, et forsan rectius, inueni indicatum libr. *Antwerpiae apud Christoph. Plantin.* 1569. 4. — gallice vertit *Boitet*. Paris. 1625. 8.

Ibid. pag. 362. add. Ξενοφῶντος ἐφεσίɛ τὰ κατὰ Ἀνθίαν καὶ Ἀβροκόμην, gr. et ital. ex versione Saluini, Viennae Austriae 1793. 8. Editor est *Polyzor. Hiereus*, qui aliquamdiu fuerat Professor graec. ad eccles. Graecorum non vnitar: sed a. 1793. in patriam suam, Epirum, reuertit. Vulgo vocabatur Platonicus. — *Saluini* italica versio etiam prodiit Londini 1723. 12. — gallice versus est *Xenoph.* libellus, Paris 1736. 12. et per M. J. 1748. 8. — Germanice: *Xenophons von Ephesus* Geschichte der Anthia und des Abrokomes, in V.

Bü-

Büchern, eine freye und abgekürzte Ueberſetzung, in elegant. *Ern. Chriſtinae Reiskiae* lib. *zur Moral* etc. Lipſiae 1782. 8. pag. 285. ſqq.

Ibid. ſect. III. *Chariton* in linguam germanic. translat. Lipſiae 1753. 8.

Ibid. pag. 516. De *Euſtathio*, auctore libri de Ismeniae — amoribus. add. exſtant quoque *Gaulmini* edd. an. 1617. ſignatae. — *Euſtathius* de Ismeniae et Ismenes amoribus et *Parthenius* Nicaeenſis de amatoriis affectionibus, latine Lugd. B. 1618. 12. — *Euſtathius* de Ismeniae et Ismenes amoribus. lat. Lugd. B. 1644. 32. — Amorum Ismenes Ismeniaeque hiſtoria ab *Euſtathio*, II. libr. comprehenſa, lat. Lugd. Bat. ex officina Jac. Marci. 1634. — Gli amori d' Ismenio compoſti per Euſtathio Philoſofo et di Greco tradotti, (at ex codice forſan quodam Florent. vitioſo,) per *Lelio Carani*. Florent. 1550. 8. Venet. 1560. min. 8. aut mai. 12. — E verſione italica, *gallice* vertit *D'Avoſt de Laval*. Paris. 1582. — tum in eamdem linguam gallicam transtulit Mr. *de Beaumarchais*. Amſterd. 1729. 12. — et anonymus Haagae Comitum 1743. 12. — *Germanice:* Ismenes oder ein Vorbild ſtäter Leben — durch J. Chr. Aretogno genannt Wolckenſtern. 1610. 8. — Ismene — — durch G. S. M. Lipſiae 1663. 12. et eleganter vertit *Erneſtina Chriſtina Reiske* in libro, *Hellas* inſcripto, part. I.

Tom. II. part. I. pag. 409. add. *Coluthus* de raptu Helenae, graece, cum verſione *Helii Eobani Heſſi. Muſaeus* de Hero et Leandro, interpr. Andr. Papio. Hamburgi 1617. 8. — *Coluthi* de raptu Helenes ac iudicio Paridis, poema ab *Helio*

Eobano

Eobano Hesso latino carmine redditum. Epithalamium Helenes e *Theocrito*, *Moschi* amor fugitiuus, eodem interprete. Erphordiae. 1534. 4. v. *Freytag* von einigen raren Büchern, pag. 198. — *Coluthi* poema, per *Renatum Perdrierium* ad verbum translatum. Acc. *Tryphiodorus* ab eodem versus. Basil. ap. Oporin. 1555. 8.

Ibid. pag. 411. add. *Tryphiodori* liber de Ilii excidio cum duplici interpretatione et notis, autore *Nic. Frischlino*, Francof. apud Wechel. 1588. 12. — *Tryphiodorus* de Troiae excidio, graece, studio *H. Rumpii*. Hamburgi 1617. 8.

Pag. 413 lin. 3. add. *Cointi Smyrnaei* Ilii excidii libri II. reditus Graecorum lib. I. graece et lat. curante *Laur. Rodomanno*. Lipsiae. (1573) 4. in bibl. Dresdensi. — *Quinti Calabri* derelictorum Homeri libri XIV. latine, *Jod. Velaraeo* interprete. *Coluthi* raptus Helenae, eodem interpr. Antwerpiae 1539. 8. — Lugd. apud Seb. Gryphium. 1541. 8.

Sed desinam, ne VOBIS, VIRI HVMANISSIMI, fiam molestus, et plura alia, fauente deo, ad *Fabricii* B. Gr. collecta aliquando adnotabo. Ita VOS, VIRI PRAESTANTISSIMI, valete, VOBISque me in posterum habeatis velim commendatissimum. scr. Erlangae d. XX. April. cIↃIↃCCLXXXXV.

CAPVT

CAPVT II

SECTIO I.

DE INTERPRETIBVS GRAECIS VETERIS TESTAMENTI LIBRISQVE ECCLESIASTICIS, ET APOCRYPHIS) SIVE SPVRIIS ET PROHIBITIS*

§. I.

DE SEPTVAGINTA VEL POTIVS ALEXANDRINIS INTERPRETIBVS

1. Secundum *Ariſtaeam* ſiue *Ariſtaeum*, rex Aegyptiorum Philadelphus, qui cum patre Ptolemaeo Lagi aliquamdiu regnauit, adhortante Demetrio Phalareo, Hieroſolymam legatos miſit Ariſtaeam et Andream, ἀρχισωματοφύλακας, ad Pontificem Iudaeorum, Eleazarum, a quo et codicem ſacrum Hebraeum peterent, et LXXII. viros linguarum hebraeae graecaeque peritos, qui pandectas ſacras conuerterent in graecam linguam. Rex

*) Conf. *Chriſtian. Frid. Schmidii* hiſtoria antiqua et vindicatio canonis ſacri V. et N. T. Lipſiae 1775. 8. §. 274. ſqq.

Rex enim bibliothecam, cui adornandae praeficiebat Demetrium, instruxit, et omnis generis libros vndecumque conquisiuit. Illi LXXII. prompti paratique venisse atque sub auspiciis Demetrii Phalerei inchoasse, et perfecisse dicuntur interpretationem graecam. Demetrius autem quum XXIIII. annos in Aegypto commoraretur, ab anno secundo CXVIII. Olympiados vsque ad secundum CXXIIII. Olymp. *Isaac Vossius* in libro de LXX. Interpretibus, eorumque tralatione et Chronologia, Hagae Comitum 1661. 4. Cap. II. et III. patris sui Gerardi Vossii sententiae, (in libr. de historicis graecis, Libr. I. cap. 12. subscribit, versionem sacrorum librorum, curante Demetrio Phalereo, factam esse illo tempore, quo simul regnassent Ptolemaeus Lagi eiusque filius Philadelphus, atque illos homines venisse Aegyptum, pag. 8. demonstraturus est, extremo Ptolemaei Lagidae biennio. At *Hody* in libro mox memor. minore Cap. II. et VII. argumenta rationesque Vossii atque aliorum grauiter impugnauit; idemque cap. 7. §. 20. sq. aliorum suspiciones docte examinat; quem fere sequitur *Cellar.* in disp. de LXX. interpretibus Halae Magd. 1700. 4. *Walton* in Prolegom. V. pag. 34. ed. Londin. anno ante Christ. nat. 277. adserit illorum aduentum. Idem *Vossius* Cap. IV. it. in Adpendice ad librum de LXX. interpretibus, ibid. 1663. 4. et in Obseruationum ad Pompon. Melam adpendice, Londini 1686. 4. nec non *Sim. de Magistris* in apologia sententiae patrum de LXX. versione, adiecta *Danieli secundum septuaginta ex tetraplis Origenis primum edito e singulari codice Chisiano*, Romae 1772. fol. atque *Alexius a S. Aqui-*

S. Aquilino Carmelita excalceatus, Theol. D. et Prof. LL. OO. in vniuerſitate Heidelbergenſi in libro: Pentateuchi Hebraeo-Samaritani praeſtantia in illuſtrando et emendando textu maſorethico oſtenſa etc. Deſſau. Lipſiae et Heidelbergae 1783. 8. Ariſtaei hiſtoriam de LXX. interpretibus, quoniam per 1500 annos illi non fuiſſet contradictum, (et tamen iam Hieronymus irriſit LXX. cellulas,) veram eſſe iudicarunt. adde *A. G. Maſchii* praef. ad bibl. ſacr. part. II. vol. II. pag. 10. qui nouam fabulae defenſionem ſuſcepit. Enimuero *Ioſephus* Ant. XXII, 2. qui quidem Ariſteae, (ſi is vmquam hiſtoriam illam ſcripſerit, de qua ſtatim plura diſputabimus,) narrationem preſſius ſequitur, *Philo* in vita Moſeos II. pag. 660, *Iuſtinus Martyr* in admonitione ad Graecos, et *Epiphanius* de menſuris et ponderibus, (vbi vide Petauium pag 378. qui Voſſii ſententiam amplexus eſt,) in fabula illa ornanda atque explicanda, inter ſe valde diſſident: quorum diſſenſum, vel potius diſcidium *Eichhorn* V. cl. Profeſſor nunc Gottingenſis, in parte prima libri inſcripti, *Repertorium fur Bibliſche und Morgenländiſche Litteratur*. part. I. pag. 266. ſqq. ita componit, vt ſtatuat, illorum diuerſas opiniones ex duplici fonte manaſſe. Is nimirum putat, alterum fontem fuiſſe Iudaeum quemdam, eumque extra Aegyptum probabiliter in Iudaea viuentem, et abuſum Ariſteae nomine, poſt Ieſum Siracidem, qui circiter a. ante C. N. 140. vixit, immo poſt Philonem illam hiſtoriolam effinxiſſe, quem ſequutus eſſet Ioſephus: alterum autem fontem fuiſſe famam quamdam, ſiue traditionem Alexandrinam, quam Philo amplexus fuerit, ex pia frau-

de ortam, vt diuina origo atque inſpiratio eoque maior fides pararetur interpretationi: tum Iuſtinum Martyrem, arbitratur, vtramque opinionem coniunxiſſe, et ſingulis interpretibus LXXII. cellulas totque codicis hebraei exemplaria adſignaſſe; denique Epiphanium ornaſſe et perfeciſſe fabulam, fingendo 36. cellulas, quae binos continuiſſet interpretes, et vnum codicem hebraeum, ſed diſſectum, inter illos diuiſum fuiſſe. At quis non videt, ea praecipue, quae Iuſtinus Martyr et Epiphanius narrant verbis ampliſſimis, aniles ſapere fabellas?

2. Huius vero narrationis de conuentu et interpretatione LXXII. (ſeptuaginta, vt numerus ſit rotundus, vulgo numerantur,) virorum fundamentum eſſe vidimus cum Alexandrinam famam, tum in primis Ariſtaei libellum: quem genuinum eſſe, *Voſſius* libr. mem. Cap. III. pag. 9. *Walton* in apparatu critico, ſiue Prolegom. IX. §. 4. pag. 55. Vol. I. Bibliorum Polyglott. Londin. 1657. fol. tum editor Danielis ſecundum ſeptuaginta Romanus, (de quo poſtea,) in diſſertatt. praemiſſis a pag. 309 — 650. Alexius a S. Aquilino, modo memoratus, aliique contendunt. Maiore tamen iure illam traditionem, quamuis magnam et veri et antiquitatis prae ſe ferat ſpeciem, ipſumque Ariſtaeae librum in dubium vocarunt *Ludou. Viues* in Auguſt. de Ciuit. Libro XI. cap. 42, ſuſpicatus, ab aliquo recentiore, forſan Iudaeo, confictam eſſe illam Ariſtaei hiſtoriolam; *Ioſ. Scaliger* ad an. Euſeb. 1734. qui a Iudaeis Alexandrinis conſarcinnatam illam, et librum eſſe ſuppoſititium pronunciauit, in primis vero, vt alios ſilentio praeter-

praetermittam, veteris traditionis vim atque auctoritatem equis viris oppugnarunt *Humphredus Hody* in dissertatione contra historiam Aristaeae de LXX. interpretibus, in qua probatur, illam a Iudaeo aliquo confictam fuisse ad conciliandam auctoritatem versioni graecae, et Isaaci Vossii aliorumque, defensiones eiusdem examini subiiciuntur, Oxonii et Londini 1685. 8. et in libro docto de bibliorum textibus originalibus, versionibus graecis etc. Libr. I. p. 1 — 89. Oxon. 1705. fol. atque *Ant. van Dale* in diss. super Aristaea de LXX interpretibus, Amstel. 1705. 4. in quorum sententiam plurimi Criticorum in praesenti transire solent. *) Attamen *Ioannes Ernestus Faber*, Professor quondam Ienensis, in Disput. I. vbi quaedam contra Hody monet, inscripta: *Descriptio Commentarii in septuaginta interpretes*, Gottingae 1768. pag. 10. suspicatur, LXX. illis viris, qui vulgo auctores feruntur, ab Alexandrinis, religione et reuerentia codicis hebraei plenis, quo tempore sermonis hebraici vsus ad interitum properaret, curam legis Mosaicae in graecam linguam conuertendae commissam esse: eos autem non ipsos versionem perfecisse, sed quinque viris ex medio suo, quos existimassent huic operi maxime idoneos, hunc laborem iniunxisse: quorum absolutam tralationem quum LXX. viri adprobassent,

 reli-

*) Conf. *Io. Christoph Dorn* bibliothecam theologicam criticam, Francof. et Lips. 1721. 8. cap. V. de versionibus bibliorum graecis, eorumque praecipuis editionibus pag. 678. sqq. inprimis cel. *Eichhorn* Einleitung ins alte Testament. tom. I. cap. III. sect. 2. §. 161. sqq.

reliquos libros sacros per alios homines e medio suo delectos, non ita multo post, fortassis Ptolemaei Philometoris aetate, quando templum Heliopolitanum aedificaretur, graece conuertendos curasse. Ita, putat, versionem, quae populi iussu instituta esset, publicam auctoritatem obtinuisse: Numerum vero operi praefectorum a concilio a Mose olim constituto, eiusque formam referente senatu Hierosolymitano, forsitan quoque ex alia quadam superstitione, et translatorum numerum a quinque Mosis voluminibus ductum videri: denique ex his perspici, cur quidam Iudaei tradidissent, opus per quinque seniores esse confectos. Enimuero huic coniecturae tantum tribuendum esse iudico, quantum vagae fluxaeque suspicioni tribui solent sagaciores. Atque tanta illa veterum inconstantia in enarranda exornandaque origine, omnique historia ipsam rei falsitatem declarat.

Quoniam vero *Aristaeae* frequens mentio facta est, editiones, sub nomine illius, quae circumferuntur, adhuc indicabo.

Aristaeae de legis diuinae ex hebraica lingua in graecam translatione per septuaginta interpretes absoluta historia nunc primum graece edita (ab *Simone Schardio*) cum conuersione latina, *) auctore *Mathia Garbitio*, (professore linguae graecae in Vniuersitate Tubingensi,) Basileae per Io Oporinum 1561. 8. cum variis lectionibus. Haec editio recusa gr. et lat. cura *I. A. Fabricii*, cum Iosepho-

*) *Matthiae Palmerii* versio latina iam antea facta modo separatim, modo aliis operibus adiuncta saepius edita est.

ſepho, Colon. (Lipſiae) 1691. et ed. Hauerkampianae Ioſephi fol. baſis eſt reliquarum.

Ariſtaeae hiſtoria LXX. interpretum (graece et cum latina Gabritii verſione locis quibusdam emendata). Acceſſere veterum teſtimonia de eorum verſione, Oxon. 1692. 8. — graece et lat. apud Hodium, loco mem. et apud van Dale, l. cit. pag. 229. Dicendi genus antiquitatem redolens, fidemque mire celebrat Caſaubonus apud Waltonum l. mem. Confer quoque *I. A. Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. III. Cap. XIII. pag. 661. ſqq. ed. nou. De Ariſtaea, aetate τῶν LXX. et reliquis interpretibus graecis etc. multa, potiſſimum contra Voſſium, diſputantur, in Diſquiſitionibus criticis de variis per diuerſa loca et tempora bibliorum editionibus etc. Londin. 1684. 4. Cap. XIV. ſqq.

3. Aliae quaeſtiones ortae ſunt, quarum explicatio viros doctos valde torſit, et in diuerſas traxit ſententias. Equidem non diu verſabor in inquiſitione opinionum, num graeca, quae adhuc exſtat, verſio, prima fuerit; an alia quaedam antiquior exſtiterit, aut num ea, quam terimus, genuina ſit; an, quae fuit opinio *Iac. Vſſerii* in ſingulari libro de verſione LXX. interpretum, cum libri Eſtherae editione origenica et vetere graeca altera. Londini 1655. 4. et Lipſiae 1694. 4. verſio illa Pentateuchum ſolum complexa, in bibliotheca Ptolemaei Philadelphi, quum Alexandriam expugnaret Iulius Caeſer, conflagrarit; poſtea vero alia totius V. T. verſio poſt quartum Ptolemaei Philometoris annum a Iudaeo quodam concinnata fuerit, et ab illo tempore Helleniſtis frequentata; an, vt *Serarius* opinatus eſt, verſione

priore LXX. interpretum deperdita, ſub Herode noua totius veteris Teſtamenti fuerit condita, aut denique, ex mente *Aug. Pfeifferi* in Critica ſacra cap. XI. ſect. 2. Quaeſt. V. ex variis verſionibus graecis conſarcinata, atque interpolata. Quorum opiniones quum iam diu exploſae ſint a viris doctis, non diutius morabor lectores; ſed breuitatis ſtudioſos ablego ad *Fabricii* B. Gr. I. mem. pag. 658. 666. ſqq. *Eichhorn* l. c. §. 162. ſqq. atque *Simonis* Introduct. in ling. gr. pag. 252. vbi plures, qui ſecus ſenſerunt, recenſentur.

Iam alia quaeſtio mota eſt: num Pentateuchus ſolus primum ab Alexandrinis Iudaeis, an omnes libri V. T. eodem tempore fuerint in linguam graecam tranſlati. Fuerunt ab multis ſaeculis, qui poſterius adfirmarent, in eorumque ſententiam tranſiit *Georg. Io. Hencke* in diſputat. ſub praeſidio Io. Henr. Michaelis, Halae 1709. habita, de vſu LXX. interpretum in N. T. Prius vero plures verum eſſe ſtatuerunt, ipſe Pſeudo-Ariſtaeus, Philo, Ioſephus et multi alii euicerunt. v. *Hody* l. mem. Libr. II. et *Io. Aug. Stark* vol. I. libri, cuius eſt epigraphe, *Dauidis, aliorumque poetarum hebraeorum Carminum Libr. V. ex Codd. MSS. et antiquis verſionibus adcurate recenſuit, et commentariis illuſtrauit*, Regiomont. 1776. 8. vbi inter alia pag. 122. „vt in Palaeſtinenſium, ait, Iudaeorum Synagogis a primis inde poſt captiuitatem babylonicam temporibus ad Antiochum Epiphanem, ſolus Pentateuchus lectus eſt; ita quoque in Synagogis in Aegypto ſtabilitis, libri moſaici tantum antiquitus recitati ſunt: vbi vero prophetarum volumina Palaeſtinenſes praelegerunt, Alexandrini ad reli-

quos

quos libros graece transferendos manum appulerunt, donec tandem vniuersus V. T. codex in graecum idioma transferretur, et hoc quidem temporibus valde diuersis factum est." Idem postea docet, a Iudaeis Palaestinis et deinceps a Christianis, aut culpa atque ignorantia librariorum quaedam corrupta, aut ab Alexandrinis ipsis immutata esse: atque pag. 105. aliquot dat praecepta, quae criticum oporteat in explicandis tam LXX, quam reliquorum graecorum interpretum tenere. Equidem cum *Humphredo Hodio* l. mem. *Bosio* in Prolegom. ad edit. LXX. interpretum, *Carpzou.* in Critica S. V. T. Part. II. C. II. §. 3. in primis *Fabricio* in B. Gr. libr. mem. p. 665. 669. sqq. *Simonis* in Introductione in linguam gr. pag. 249, vbi de LXX. interpret. vberius agit, et pag. 255. plures laudat scriptores, qui in hoc argumento versati sunt, aliisque verisimillimum esse arbitror, versionem illam vniuersorum librorum antiqui foederis neque a LXX. illis fabulosis hominibus, neque integrum eodem tempore, neque studio communi, quum stilus in Pentateucho et reliquis libris sit admodum diuersus, neque iussu Ptolemaei regis; sed a Iudaeis aliquot Alexandrinis priuato studio, eoque diuerso, in diuersis V. T. libris, et tempore, quamquam haud omnino definiendo, non adeo multum diuerso in gratiam hebraicae linguae rudium fuisse adornatam. Ex prologo tamen Siracidis nepotis constat, libros propheticos iam sub Euergete, Philometoris successore fuisse in linguam graecam conuersos. Conf. *Ernesti* Institut. interpr. N. T. pag. 160. edit. IIII. *M. Sam. Traugott Mücke* in exercitatione historica de origine versio-

nis LXX. interpretum Züllichau 1789. 8. Pentateuchum, censet, fuisse primum sub duobus prioribus Ptolemaeis a Iudaeis Alexandrinis concedentibus Iudaeis Hierosylimatinis, versam, absolutam vero versionem censurae summi sacerdotis et collegii Sanhedrin subiectam, et, facta adprobatione, regi propositam, hinc ortum nomen *versionis LXX. seniorum*; reliquos denique libros serius esse additos. Sed conf. Erlang. ephem. litt. a. 1789. pag. 375. sqq. et A. L. Z. a. 1792. nr. 319. m. Dec.

4. Ex textu hebraeo, non Samaritano *) concinnasse illos interpretes suam versionem, et codice non punctato **) vsos fuisse, ex aberrationibus et mendosa, quam supposuerunt, punctatione atque lectione indeque depravato sensu, *Hottingerus* in thesauro philol. pag. 354. sqq. *Vossius* de LXX. interpret. Cap. VI. *Stark* et *Simonis* l. mem. ostendunt: aliis, quos Simonis pag. 250. iam excitat, licet dissentientibus.

Nostra tantummodo aetate, quae controuersiae ingenia atque industriam doctorum hominum exercuerint, paucis iudicabo. Opinionem, quam homines sagaces iam fouerant, recoxit nuper, atque ornauit cl. *Hassenkamp* de Pentateucho LXX. interpretum graeco, non ex hebraeo, sed Samaritano textu conuerso, Rinteln 1765. 4. et in libr.

*) Samaritano textui primas dat Alexius a S. Aquilino, l. cit.

**) Ex codice hebraeo *punctato* interpretes LXX. transtulisse, adfirmauit *Fourmont* in Geschichte der Koen. Acad. der schönen Wissensch. zu Paris, Part. VII. p. 240. ex interpretatione Gottschediae, quae quidem paucis, at acute, refutauit illum.

libr. Der entdekte wahre Urſprung der alten Bibel Ueberſetzungen. Mindae 1775. 8. pag. 163. ſqq. (Conf. *Erneſti* nou. biblioth. Theol. vol. V. ac tom. VI. part. IV. p. 379. atque in illius ſententiam tranſit *Dathe* in praefatione ad Briani Waltoni prolegomena in Biblia Polyglotta, Lipſ. 1777. 8. nec non *Franc. Volkm. Reinhard* in II. diſſ. hiſtorico-criticis de verſionis Alexandrinae auctoritate et vſu in conſtituenda libror. hebraic. lectione genuina, Witteb. 1777. (cuius I. diſſ. cenſuram compara in Anzeigen v. Beurtheilungen akademiſcher und anderer kleiner Schriften, Vol. II. Noribergae 1778.) arbitratus, verſionem graecam Pentateuchi, tempore regis Ptolemaei factam, interiiſſe, eamque, quam nunc habemus ex textu Samaritano eſſe confectam: reliquos libros V. T. non ſub Antigono Epiphanae, quae Hodii ſententia fuerat, ſed ſenſum ab hominibus priuatis in vſum priuatum ex codd. priuatis, i. e. non admodum bonis eſſe translatos, adde *Eichhorn* Bibliothek der bibl. Literatur part. III. p. 315. et Einleitung ins A. T. l. c. At cl. *Tychſen*, Profeſſor LL. OO. in Vniuerſitate quondam Bützow, nunc Roſtoch non ſolum in disput. de Pentateucho hebraeo Samaritano, ab hebraeo eoque maſſorethico deſcripto exemplari, Buezouiae 1765. 4. contrariam ſententiam declarauit, vſumque negauit criticum veterum interpretum in emendando textu hebraeo; ſed etiam antea nouam et ſingularem excluſit opinionem, arbitratus, legatos quidem ad Iudaeos a Ptolemaeo Philadelpho miſſos eſſe, eosdemque accepiſſe codicem; at negat, codicem fuiſſe hebraeum, ſed hebraeo-graecum, h. e. graecis

graecis litteris scriptum: vnde Iudaei Alexandrini vetus testamentum sensim reddidissent graece. Epigraphe autem libri haec est:

Olaui Gerhardi Tychsen Tentamen de variis codicum hebraeorum V. T. MSStorum generibus a Iudaeis et non Iudaeis *descriptis*; eorum in classes certas distributione, et antiquitatis et bonitatis charactere, Rostochii 1772 8. Ad eiusmodi codd. hebraeo-graecos non modo graecam τῶν LXX. et syriacam versionem, sed etiam ipsas chaldaicas paraphrases esse compositas, atque in nota pag. 55. putat, regem doctissimum, qualis erat Ptolemaeus, sine negotio et interprete, hebraica, simulac characteribus sibi notis, et ad vulgarem pronunciationem accommodatis fuissent rescripta, intelligere potuisse. Me quidem huic liti non immiscebo; nec tamen opinio Tychsenii diu libera fuit ab oppugnationibus doctorum hominum, Dathe, Michaelis, Brunsii, aliorumque, (v. *Ernesti* nouiss. biblioth. theol. tom. II. part. IV. n. 7. et part. V. n. 6. atque *Io. Dau. Michaelis* biblioth. Orient. Part. V.) Is vero suam pristinam sententiam tuitus, grauem scripsit Apologiam: Befreytes Tentamen von den Einwürfen Bruns, Dathe, Michaelis und anderen mehr, wobey zugleich eine genaue Beschreibung der seltenen Mantuanischen Bibel-Ausgabe geliefert wird, Rostoch. et Lipsiae 1774. 8. Tum edidit Ersten Anhang zu seinem befreyten Tentamen etc. Rostoch. 1776. 8. (conf. doctam censuram in Berol. bibl. vniuersali Germ. vol. 34. part. I. a. 1778.) Grauiter vero respondet, argumentaque Tychseniana copiose persequitur et diluit *Stark* in libro mem. Sect. IV.

pag.

pag. 79. — 96. Improbat quoque et cl. *Tychſenii* ſuſpicionem et priſcam de Ariſtaeo narrationem, multaque bene ſelecta, quae ad hiſtoriam τῶν LXX. pertinerent, collegit cl. *Sebaſtian Seemiller* Doctor et Prof. Ingolſtad. in progr. I. de graecis bibliorum V. T. verſionibus Ingolſtadii 1787. progr. II. 1788. 4. — Ad hiſtoriam quoque verſionis illius et controuerſiae inde ortae pertinent: Diſſertation ſur l'hiſtoire de la Verſion des Septante, dans la quelle on donne un precis de ce que le Hiſtoriens Iuifs, les peres de l'egliſe et les anciens auteurs eccleſiaſtiques nous ont enſeigné, touchant cette Hiſtoire, et l'on discute les objections, que l'on y a oppoſées, par un religieux Benedictin de la Congregation de St. Vanne et de St. Hydulphe. Colmar. 1781. 8. — Contra hanc diſſ. editum eſt: Examen impartial d'une diſſertation nouvelle ſur la Verſion des Septante, tendante à confirmer les Sentiment commun des Sts Peres et des anciens Docteurs, qui jusq' au XVIIe Siecle ont reconnu les LXX comme Traducteurs, non ſeulement du Pentateuche, mais encore de tous les autres Livres de la Bible hébraique; avec quelques Obſervations, entre lesquelles ſe trouvent deux decouvertes nouvelles, dont l'une, eclairciſſant un texte de l'hiſtorien Ioſeph, repond à l'Objection qu'on a prétendu en tirer, el l'autre, convertiſſant, en preuve l'objection priſe de la diverſité du ſtyle dans le differentes parties de cette verſion, acheve d'aſſurer aux LXX la Verſion entiere des divines écritures. Par M. *Laurent Etienne Rondet*, interprete de Langues ſaintes, et auteur de l'Abregé du

du Commentaire de Dom *Calmet* ſur la ſainte Bible. à Paris, chez Desprez. 1783. 8. et 4. Idem Rondet in eodem Abregé etc. tom. I. recudi fecit Diſſertation de Dom *Calmet* ſur la Verſion des Septante. — *Carol. Lud. Ziegler*, in praeſenti, Prof. theologiae in vniuerſitate Roſtochienſi, in: Theologiſche Abhandlungen, vol. I. Gottingae 1790. 8. dedit vltimo loco Obſeruatt. in librum Iudicum ex aetate heroica ductas, vna cum iudicio de graecis verſionibus earumque diſcrepantiis a textu, quem vocant, originali. In illa igitur ſectione verſionem libri Iudicum Alexandrinam ducit tolerabilem; peiorem quidem, quam in Pentateucho et Salomonis Prouerbiis, at meliorem, quam in multis reliquis; verſionem eſſe putat plenam locorum, e quibus non ſolum igorantia interpretis, ſed etiam defectus ſenſus communis cognoſcatur. In notis oſtendit Zieglerus originem verſionis graecae; tum explicat contextum et nonnullas illuſtrat libri narrationes.

5. Quamquam praeſtantiam atque vtilitatem verſionis illius haud negamus, immo potius poſt haec celebrabimus: tamen tantam, quantam Alexandrini quondam Iudaei, aliique tribuerunt, auctoritatem illi nullus ſobrius criticus vindicabit; multo minus, cum patribus quibusdam, quos dicunt, eccleſiaſticis, aliisque putabit, interpretes illos diuino numine adflatos vertiſſe, aut, quod temerarium fuit *Iſaaci Voſſii* *) iudicium, verſionis

*) Tum in diſſertatt. de translatione LXX. interpretum, Hagae Comit. 1661. tum in Appendice ad librum de LXX. interpretibus, continente reſponſiones ad

nis illius *αὐθεντίαν* textui hebraico, tamquam a Iudaeis corrupto et interpolato, esse praeferendam: at satis refutatus est a viris doctis, quibus quidem partim respondit; praeter eos, quos in margine nominaui, aliosque, adhuc commemorabo *Richardi Simonis*, Gallicanae ecclesiae theologi, opuscula critica aduersus Isaacum Vossium, anglicanae ecclesiae Canonicum. Defenditur sacer codex Ebraicus et b. Hieronymi tralatio, Edinb. 1685. 4. et Hieronymi le Camus, Theol Parisiensis, iudicium de nupera Isaaci Vossii ad iteratas P. Simonii obiectiones responsione, Edinburgi 1685. 4. Multis enim scatet naeuis interpretatio illa graeca, et in Chronologia, aliisque locis saepe discedit a textu Hebraico, quod argumentum pluribus persequuti sunt *Hottingerus* in thesauro philolog. pag. 354. sqq. aliique, quos laudat *Simonis* in Introduct. pag. 251. Adde (*Max. Nagelii*) comment. argumenta quaedam calliditatis interpretum Alexandrinorum V. T. Altdorf. 1766. 4. — M. *Io. Georg. Geret.* Gymn. Onoldini Rect. commentation. historico-criticam de caussis

ad obiecta aliquot Theologorum, Hagae Comit. 1663. 4. contra Hulsium, Schottanum et Hornium. conf. *Mich. Lilienthals* Biblisch-exegetische Bibliothek. Regiomont, 1739. sqq. part. I. p. 261. sqq. it. 202. sqq. pag. 257. sqq. etc. At Capellus quoque et Morinus parum abfuerant ab illius opinione. Adde *Christiani Kortholti* libr. de variis scripturae editionibus. Kilon. 1686. 4. cap. IV. p. 51. sqq. praecipue §. 5 pag. 55. sqq. contra Bellarminum, adfirmantem, *τοὺς* LXX. *peculiari modo Spiritum S. adsistentem habuisse, ne qua in re errarent, vt non tam interpretes, quam prophetae fuisse viderentur.*

cauſſis discrepantiarum verſionis LXX. viralis a textu originali. Onoldi 1742. 8. *Koenneke* proluſ. de cauſis verſionis Alexandrinae ab archetypo diſſenſus, Magdeburg. 1771. 4.

6. Vtilitatem tamen, quam cum philologo, tum in primis critico ſacro praeſtat, inſignem homines eruditiſſimi tam lucide declararunt, vt hodie paucos, niſi nimis obfuſcatos, futuros eſſe putarem, qui ſecus ſentiant. Scriptores enim N. F. qui loquutiones et verborum multorum ſignificatus ab LXX. illis interpretibus mutuos ſumſerunt, integrumque illorum ſcribendi genus a nemine, niſi quis LXX. interpretes legerit, callide et adprime intelligi poſſe, viri doctiſſimi ſatis ſuperque demonſtrarunt. v. *Erneſti* Inſtitutionem interpretis N. T. Part. II. cap. 7. Atque LXX. non minus, quam reliquos graecos interpretes, de quibus paullo poſt diſputaturus ſum, interpreti adcurato, ſabrioque et acuto critico vtriusque Foederis ſacri, in locis praecipue dubiis, niſi, quod quidem nonnulli adfirmarunt, vnicum fere, ſaltem praecipuum ſubſidium adferre, vel noſtra aetate adfatim eſt declaratum. Tam eos, quos iam laudaui, quam multos alios, vt ſilentio praeteream, paucos nominaſſe in praeſenti ſuffiicat. *Io. Fried. Fiſcheri* Proluſiones de verſionibus graecis librorum V. T. litterarum hebraicarum magiſtris, acceſſit proluſio, qua loci nonnulli verss. gr. oraculorum Malachiae illuſtrantur, emendantur, Lipſiae 1772. 8. quem librum vtiliſſimum, ſacrarum pandectarum interpretes diligenter tractare debent. *I. Aug. Stark* Vol. I. Dauidis Carminum Libr. IV. Sect. V. vbi etiam pag. 149. ſq. de anti-

quis

quis graeci codicis ſacri recenſionibus *Pamphili, Euſebii, Luciani* atque *Heſychii*, *) et pag, 163. de codd. quibusdam Pariſiens. agit. — *Chriſtian. Frid. Schmidii* disp. Verſio Alexandrina optimum interpretationis librorum ſacrorum praeſidium, Specim. I. in epiſtolam Paulli ad Hebraeos, Lipſiae 1763. Spec. II. in epiſt. S. Iacobi cathol. ibid. 1764. *M. Francisci Volk. Reinhardi* Diſpp, II. ſupra, in §. 4. laudat. vt *Pearſonii* praefationem paraeneticam, *L. Boſii* et *Grabii* Prolegomena ad editiones τῶν LXX. eosque bene multos, quos *Simonis* in Introduct. pag. 255. iam laudauit, in praeſenti omittam. At caute omnino verſandum eſt in vſu illorum LXX. et vero reliquorum graecorum interpretum critico ad textum hebraeum indè corrigendum: quam prudentiam grauiter, periteque commendat *M. Georg. Chriſtian Knapp* in II. diſpp. de verſione Alexandrina in emendanda lectione exempli Hebraici caute adhibenda, Halae Saxon. 1775. et 1776. **) Compara ſobrium *Fabricii* iudicium in B. Gr. Libr. III. Cap. XIII. Sect. 7. pag. 687, ſqq. vol. III. vbi v. Scharfenb. et Pfeifferi notas.

7. Inter

*] De quibus praeter alios, vide Fabr. B. Gr. III. p. 715. ibique Scharfenberg. et Iac. Voſſium in praef. p. * * ſignata ad Appendicem ad Librum de LXX. interpretibus. adde *Fabri* diſſ. II. deſcription. commentarii in LXX. interpretes, Gottingae 1769. 4.

**) Add. D. *Io. Sal. Semleri* epiſt. ad I. I. Griesbach. de emendandis graecis V. T. interpretibus, Halae 1770. 8. — *Chr. Ern. Meerheim* de graeca verſione LXX. interpretum. Lipſiae 1754. 8.

7. Inter Codd. MSStos *) eminent duo, nempe *Vaticanus* et *Alexandrinus*, de quorum praestantia et praerogatiua antiquitateque viri docti diuersimode iudicarunt. Codex *vaticanus*, qui tamen non integer est, vaticanae editionis auctoribus ante tempora Hieronymi exaratus esse videtur. Codicem autem *Alexandrinum* Grabius in Prolegomenis coniecit, saeculo quarto haud diu ante a. 396. aut saltem paullo post scriptum esse; e contrario codicem vatican. fluxisse ex recensione Hesychiana: vide eiusdem epistolam ad Millium, Oxoniae 1705. 4. et in Prolegom. ad biblia graeca, a 1707. edita, §. V. *Alexandrinus* dicitur, quia Cyrillus Lucaris, Patriarcha Constantinopolitanus, quum Constantinopolim abiret, eum ex vrbe

*) Antiquissimus fuerat codex *Cottonianus*, qui versionem Geneseos graecam continuit; sed a. 1723. praeter fragmenta, nunc quoque deperdita, in magno incendio igne combustus est. Grabius a. 1701. eum contulerat, eumque edere constituerat; pariter illum publicaturus erat M. Crusius, margini suae editionis varias lectiones tum romani, tum Alexandrini, tum etiam Coisliniani codicis, adiecturus, et rarissimam adnexurus dissertationem *Io. Ern. Grabii* de variis vitiis LXX. interpretum versioni ante Origenis aeuum illatis, deque remediis ab ipso in Hexaplari eiusdem versionis editione adbibitis; itemque *Io. Grammii* quinque diss. de veteris testamenti versionis graecae in N. T. allegatione. v. *Crusii* diss. epistol. de scriptis quibusdam integris fragmentisque hactenus ineditis. Lipsiae 1728. 4. Sed, quantum equidem scio, neuter nomen expunxit. Ex schedis autem Grabianis *Henricus Owen* edidit Collationem codicis Cottoniani Geneseos cum editione romana Londini 1778. 8.

vrbe celeberrima, Alexandria secum detulit, et Carolo I. Angliae regi dono dedit: isque prodidit memoriae, secundum traditionem quamdam, codicem scriptum fuisse manu Theclae, nobilis feminae Aegyptiae, de qua multus est Grabius.

Casimirus quidem *Oudinus*, qui dissertationum criticarum triada edidit, Lugd. Batau. 1717. 8. in prima dissert. contra Grabium procaciter insurgens, sententiam viri huius doctissimi infringere et codicem scriptum fuisse adfirmat (cap. IX. pag. 57.) post saecul. VIII. et tandem reiicit eius aetatem ad saeculum X. (cap. X. pag. 65.) conf. Acta erudit. Lips. a. 1718. m. Mart. pag. 107. sqq. — Grabii vero caussam suscepit *Io. Aug. Dietelmaierus*, Doctor quondam et Professor Theologiae in Vniuersitate Norica celeb. in disp. moderante I. Henrico Schulzio, Halae Magdeb. 1739. habita, qua antiquitas codicis Alcandrini vindicatur, et nouo argumento comprobatur. Nouum autem, quod putat haud ficulneum esse, argumentum inde sumit, quod hymnus matutinus: δόξα ἐν ὑψίςοις Θεῷ, in ecclesia vetere vsitatissimus, in cod. Alexandrino nondum amplificatus sit trisagio, siue verbis: ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, id quod factum est circa finem saeculi IV. Idem pag. 26. *Io. Samuel Hichtel*, dissertat. qua antiquitas et praestantia codicis Romani prae Alexandrino contra Millium asseritur, Ienae 1734. et *Lamb. Bosii* prolegom. de aetate cod. Alexandrini sub examen vocauit. Vterque enim antiquitatem codicis praecipue ex anomaliis frequenter obuiis impugnauit, et Cyrilli testimonium reddidit dubium: in qua haeresi etiam

iam fuit *Richard Simon* in hiſtor. critica N. T. Part. I. cap. 31. Medium veluti tenet *Abrabam Gottwert Iorke* in diſſert. ſub praeſidio Semleri, Halae 1759. 4. habita, quae coniecturas criticas de aetate codicis Alexandrini ſiſtit. Is argumentum copioſe perſequutus, multa collegit et diiudicauit, quae ab aliis ſuper aetate et praeſtantia, quam non negant, codicis Alexandrini in vtramque partem disputata fuiſſent, ipſum argumentum Dietelmaieri infirmare, et ſect. II. a paragrapho VIII. multis rationibus probare ſtudet, codicem Alexandrinum pertinere ad ſaeculum quartum et quintum Quum haec iam ſcripſiſſem, animaduerti, *Michaelis* in Einleitung in die Göttlichen Schriften des neuen Bundes, Part. I. edit. tertiae, Gottingae 1777. 4. pag. 471 — 489. de hoc codice pleniſſime disputaſſe, eumque, conieciſſe, cod. Alexandrinum deſcriptum fuiſſe circiter ſaec. VIII. poſtquam, Alexandria a Saracenis capta, lingua arabica in Aegypto ciuitatem quaſi, et perpetuum vſum accepiſſet. De eodem et Vaticano codd. haud ſecundum priſcam maiorum ſententiam libere et copioſe iudicat *Wetſtein* in Prolegom. in N. T pag. 28. ſqq. ed. Semleri. Cyrilli tamen Lucaris teſtimonium et Grabii argumenta latius explicare, ab obiectionibus Wetſtenii et Oudini vindicare, firmiusque corrobare ſuſtinuit *Carolus Godofredus Woidius* in praefatione ad Codicem MS. Alexandrinum, ab ipſo Londini 1786. in forma maxima editum. Quae vero *Woidius* de codice Alexandrino docte disputauerat, ea *I. D. Michaelis* in quarta editione Introductionis in libros N. T. in compendium redacta inſeruit. Separatim tamen

men illam praefationem recudi fecit, doctasque, in quibus saepe discessit a sententia Woidii, adnotationes adspersit *Spohn*, nuper Wittebergae, quo euocatus erat ad sacras litteras profitendas, non multo post aduentum denatus. Inscriptio vero libri est: *Caroli Godofridi Woidii* notitia codicis Alexandrini cum variis eius lectionibus omnibus. Recudendam curauit notasque adiecit *M. Gottlieb Leberecht Spohn.* Lipsiae 1788. 8. Is igitur, in sectione secunda historia codicis MSti exposita, et in sect. III. codice descripto, in sect. IV. pag. 42 — 109. aetatem et antiquitatem codicis definire et stabilire studuit, vbi Spohn statim ab initio Diuersa variorum V. D. de illius codicis aetate iudicia collegit. Woidius igitur, postquam de Cyrilli testimonio, (cui Spohn pag. 50. sq. parum tribuit,) et de Thecla de formis litterarum codicis, de duabus Clementis Romani ad Corinthios epistolis, codici illi in fine N. T. additis, et de Psalmis XVIII. Salomonis, in catalogo librorum N. T. qui in initio cod. Alex. exstat, memoratis, quorum tamen vsus iam desiit in concilio Laodiceno a. 365. vel 367. celebrato, et de Euthalii sectionibus et τρισαγίῳ, (quae desunt,) de aliisque argumentis, quibus antiquitas codicis confirmaretur, copiose disseruit; tamen concludit, omnia conspirare, codicem Alexandrinum intra medium saeculum quartum et exitum illius scriptum esse. Sed singula fere argumenta debilitare atque infringere adlaborauit Spohn, ratus, sententia sua interdum latius declarata et exposita, testimonium Cyrilli esse nimis recens et ambiguum, atque adeo incertum, et argumenta, codicem saec. IIII. ex-

eunte esse exaratum, pro tanta vetustate partim nimis probare, quia eum multo vetustiorem esse, ex eo concludi possit; partim non ad codicem Alexandr. sed ad eum, qui omnia ea complectebatur, et ex quo Alexandrinus descriptus sit, pertinere; litterarum denique figuras, et accentuum spirituumque defectum declarare quidem antiquitatem codicis, at non probare, eum referendum esse ad saeculum quartum. Certa igitur haec solummodo sunt Spohnio, codicem antiquum, in Aegypto exaratum, nec saeculo decimo, nec a monacho Acoemeta, (quod Oudinus et Hichtel, illum sequutus opinati sunt, coll. Woldio pag. 67. sq.) scriptum esse, probabiliter tamen disputari posse, num saeculo quinto, sexto vel septimo scriptus sit codex. In sect. quinta Woidius praestantiam cod. Alexandrini celebrat: argumenta tamen Spohn in adpendice examinat. Reliqua, quae ad libros N. T. pertinent, hic omitto.

Porro quaestio orta est, quaenam illa *Thecla*, quae descripsisse dicitur codicem, fuerit, et quando vixerit. v. Woide et Spohn l. c. §. 42. sqq. Quare F. *Augustinus Antonius Georgius* in libro inscripto. *Fragmentum euangelii S. Iohannis graeco-copto-thebaicum saeculi IV.* Additamentum ex vetustissimis membranis lectionum euangelicarum diuinae missae cod. Diaconi reliquiae, et liturgica alia fragmenta veteris Thebaidensium ecclesiae ante Dioscorum ex Veliterno Museo Borgiano nunc prodeunt. In latinum versa et notis illustrata. Romae apud Anton. Fulgonium. 1789. 4. in praef. §. XVIII. sq. ex fragmento musei Borgiani Theclam Aegyptiam, christianae doctrinae caussa

caussa suppliciis adfectam produxit, et Woidii caussam suscepit defendendam. Omnia igitur eruditionis atque ingenii praesidia adhibet ad demonstrandum, ope illius fragmenti, in quo Theclae virtus et constantia celebratur, narrationem de codice Alexandrino a Thecla Aegyptia descripto, iure optimo posse euinci et confirmari, (p XCVI. sqq.) Tum pag. CXI sq. monet, acta, quae ex fragmento edidit notas prae se ferre videri a. 312. et coniicit, Theclam virginem, Paesis sororem, annos natam quinque circiter et viginti ad supplicium raptam, cum fratre Paesi et Paullo confessoribus dimissam esse a. 312. vel 313. tum, si scribere coepit codicem illum celeberrimum, magnam saltem V. T. partem absoluere potuisse a. aetatis suae 38. conspirante cum a. 325. Nicaeni concilii epocha. Ab ea, vt ait Georgius, si vitam Theclae protraxeris ad annum vsque sexagesimum, reliquos habetis post Nicaenam synodum annos omnino duo atque viginti, quibus integrum cod. tum V. tum N. Testamenti cum tabulis Eusebianorum canonum et titulis Psalmorum S. Athanasii, aliisque adiunctis, vti ea exstant in laudato cod. Musei regio britannici, Thecla exarare et perficere facillime, valuisset etc. Quo facto, §. XIX. pag. CXIII. — CLI. — multis vsus argumentis, coniecturam profert, amplificat ornatque, Borgianum fragmentum euangelii S. Iohannis graeco-copto-Thebaicum, quarto saeculo scriptum, et codici Alexandrino Britannico aut paullo antiquius esse aut certe aequale. Quae omnia licet ingeniose, acute docteque sint exposita: permulta tamen, nisi omnia, in coniecturis posita sunt, et quadrare pos-

poſſunt in codicem, ex quo, poſt vnum alterumque ſaeculum omnia librarius cum cura deſcripſerit in cod. Alexandrino. Ego vero hisce nihil praeſtantiae et antiquitati detrahere, neque, num ille Vaticano praeferendus ſit nec ne? decernere conor. Namque codicem *Vaticanum*, vt omnibus reliquis longe vetuſtiorem, ita et praeſtantiorem eſſe, atque ad ipſorum LXX. verſionem, ſi non toto libro, maiori certe ex parte quam proxime accedere, *Carafa*, pater purpuratus, in epiſtola dedicatoria ad Pontificem Sixtum V. et *Petrus Morinus*, Theologus Pariſienſis, in epiſtola ad Sixtum V. de LXX. interpretibus et graeca eorum editione pag. 311, ac *Ioannes Morinus* in Exercitatt. biblicis Libr. I. exercit. 9. adfirmarunt. (v. Grabii Prolegomena, cap. 3.) Romanum codicem quoque praefert *Chriſtoph. Matthias Pfaff* in diſſ critica de genuinis librorum N. T. lectionibus ope canonum quorundam criticorum etc. Amſtel. 1709. 8. Cap. III. quo codd. MSti N. T. recenſentur. Vtrumque vero codicem e verſione latina eſſe interpolatum, ſagaciores critici iam diu animaduerterunt atque commonſtrarunt. — De *Noribergenſi* cod. qui cunctos prophetas ſecundum propriam recenſionem continet, et quodammodo catenam in Ierem. Ezech. et Daniel praebet, v. Repertorium etc. 1777. P. I. pag. 29. ſqq.

8. Quae vero editiones alterius vtrius codicis lectionem exhibuerint, in breui editionum nunc videbimus recenſione. Vberiorem tamen variarum editionum, vt et MSS. codicum expoſitionem ſuppeditauit *Grabe* in Prolegomenis etc. Cap. III. Poſt alios copioſe recenſet edd. *Andr. Gottl. Maſchius*

ſchius in bibliotheca ſacra poſt Iac. le Long et C. F. Boerneri iteratas curas ordine diſpoſita emendata, ſuppleta et continuata, parte II. vol. II. adde *Dornii* biblioth. critc. theol. pag. 691. ſqq. *Fabricii* B. Gr. l. c. pag. 673. ſqq. ibique Scharfenb. et Pfeiffer. Quatuor autem recenſiones ſunt praecipuae, ex quibus reliquae editiones, paucis hinc inde mutationibus, correctionibus, nec non deprauationibus factis, fere fluxerunt: nimirum *Complutenſis*, *Aldina*, *Romana*, et *Grabiana* ſiue Alexandrina. *) Familiam igitur ducit I.) *Complutenſis*, in Bibliis polyglottis Complutenſibus, ſtudio Franciſci Ximenii, patris purpurati 1514. — 1517. fol. e variis MSS. **) Textum vero contra codd. fidem editores ſaepius immutaſſe, arguuntur. Noſtra certe memoria magna acerbaque controuerſia et lis inter Goezium et Semlerum, aliosque de auctoritate huius, vt rariſſimae, ita quoque cariſſimae, editionis agitata eſt, cuius ſummam expoſuit *Waltherus* in Walchii neueſten Religions-Geſchichte, Part. IV. nr. 3. Gottingae 1774. 8. Multae tamen bibliorum Complutenſium lectiones, quas Wetſtein ac Semlerus

B 5 par-

*] conf. cel *Keil* ſyſtematiſch. Verzeichnis der theol. Schriften etc. ed. II. pag. 19. ſq. 22. ſqq.

**) Tamen a. demum 1520. quo anno publicum Leonis X. pontif. rom. decretum, Romae d. d. 22. Martii opus adprobauit, in manus hominum venire potuit. De hac edit. v. *Clement* bibl. curieuse hiſt. etc. tom. II. pag. 168. ſqq. *Maittaire* A. T II. p. 293. ſq. *Seemilleri* progr. de bibl. polyglottis Complutenſib. Ingolſtad. 1785. 4.

partim tarditati et negligentiae typothetae, partim corruptionibus de induſtria factis adtribuunt, etiam in cod. I. Haunienſi reperiuntur. Nec in Wetſteniana N. T. editione illius collatio eſt accurata, dum Wetſtein multas lectiones varias vel plane omiſit, vel haud ſatis diligenter enotauit: id quod vberius demonſtrauit *Hensler* in Codicum N. T. graecorum, qui Hauniae in bibl. regia adſeruantur, notitia, adiecta lectionis varietate; ſpecim. 1. Hauniae 1784. 4. — Illius Complutenſis editionis veſtigia preſſerunt 1) Biblia Polyglotta, cura Plantin. Antwerp. 1569 — 1572. fol. octo voll. v. *Clement* l. c. pag. 176. ſqq. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern vol. I. pag. 289. ſqq. — 2) Biblia hebraeo-graeco-latina, cum notis Vatabli 1586. fol. apud Commelin. et 1599. fol. Geneuae ex officina Sanct Andreana 2. Voll. — 3) BibliaCommeliniana 1599. et 1616. fol. 2. Voll. Hebraea et graeca cum latina vulgata et Pagnini notisque Vatabli. — 4) Biblia polyglotta Pariſiens. 1545. fol. X. Voll. — Plantinianam ſiue Antwerpiens. ed. ſequutus eſt *Dauid Wolderus*, in bibliis quadrilinguibus Hamburgi 1596. fol. v. *Baumgartenii* Nachrichten, tom. I. pag. 306. ſqq. Sequitur:

II. *Aldina*, graece, Venetiis 1518. fol. *) Curante Andrea Aſulano **) qui ex variis exemplaribus

*) conf. *Clement* l. c. pag. 14. ſq.

**) Aldus I. editurus erat *Polyglotta latina*, vti patet ex eius epiſt. ad Conrad. Celtem et Vincent. Longin. d. d. Venet. non. Iul. 1501. v. *Maittaire* A. T. II.

bus vnum conflasse videtur Grabio: nec purum, nec ab omni admixtione verborum Theodotionis liberum esse, pronunciauit *Andreas Masius* in adnotationibus ad textum Iosuae, graece ab ipso Antwerp. 1574. fol. editum.

Aldinam recensionem expresserunt editt. 1) *Argentinensis*, graece, ap. Wolf. Cephalaeum cura *Io. Loniceri*, 3. Voll. 1526. 8. ordine tamen librorum mutato et variis quibusdam lectionibus subnexis. *) — 2) Eamdem libertatem, et vero maiorem permisit sibi is, qui Basileensi, 1545. fol. apud Herwag. cum praefatione Philippi Melanchthonis praefuit. v. *Grabii* prolegom. III. §. 2. itidem Basileae, graece et lat. 1550. et 1582. 8. IV. Voll. Aliis missis, memorabo adhuc 3) edit. *Wechelianam* graece 1597. fol. versiculis distinctam, variisque instructam lectionibus et scholiis a

II. p. 47. sq. Atque dedit specimen in fol. magno expanso in III. columnas diuiso, in quarum 1. textus hebraicus, in II. largiore, textus graecus, et in III. textus. latin. v. *de Saint-Leger* in Iourn. des Sav. 1790. cuius notitia recusa est in l'esprit des Iournaux. Paris. 1790. tom. IX. p. 253. sqq. adde Fossii catal. I. p. 349. sq.

*) Post Malachiam a pag. 259 — 263. sequuntur annotatiunculae diuersorum locorum ex Aldinis et scriptis in Graecia vetustissimis bibliis congestorum. Quidam numerant quatuor tomos, ea de caussa forsan adducti, quod libri apocryphi peculiarem habent inscriptionem et ante illos pag. 263. praebetur insigne Cephalaee typographicum; at enim pertinent illi ad tertium tomum, quod et ex elencho, qui in auersa tituli pagina conspicitur, patet, et quoniam apocryphi a pag. 264. tomi tertii continua serie numerantur.

a Francisco Iunio, siue, (quod Fabricius an verius dubitat,) a Friderico Sylburgio. Quisquis fuit editor, is sane valde liberalis fuisse videtur criticis. Ordinem aldinae edit. interdum mutauit, exempla Complutense, Antwerpiense, Argentinense, et Romanum contulit, quinque penultimis Exodi capitibus rescisis, textum ex Complutensi editione restituit, atque in Iosua et Ieremia quaedam mutauit, ita, vt Aldinum exemplar non interpolaret solum; sed etiam mutilaret. Huic tamen editioni adcommodauit *Abraam Trommius Concordantias graec, vers. LXX. interpretum*, Amstelod. 1718. II. Vol. fol. — Francofurtense exemplum recusum est Venet. 1687. fol. — Ad Aldinam recensionem referenda sunt *El. Hutteri* biblia polyglotta, sex linguis edita, Noribergae. 1599. fol. quorum tantum tomus primus Pentateuchum, Iosuae, Iudicum et Ruthae historias complectens, prodiit. v. *Baumgartenii* Nachrichten etc. tom. I. p. 312. sqq. vbi duplex eaque diuersa eiusdem anni editio recensetur.

III. *Romana*, quae auspiciis Sixti V. pontificis, moderante Caraffa, patre purpurato, cura studioque Petri Morini, Turriani, Ciaconi, Maldonati, aliorumque, graece cum scholiis graecis per codd. MSS. collectis Romae 1587. in fol. ex codice Vaticano (de quo paullo ante disputaui,) nitidis formulis typographicis descripta est. Vbi cod. vaticanus mutilatus fuit, eumdem se ex aliis codicibus emendasse vel suppleuisse, testantur editores. Ex librorum scriptorum ac patrum, praecipue Graecorum, collationibus, tum ex veterum schollis et commentariis graecis, nec non ex fragmentis

tis aliorum interpretum concinnatae sunt adnotationes, singulis capitibus in romana editione subnexae. Illam tamen recensionem, quamquam multis laudibus celebrandam, suis naeuis haud destitui, *Vsserius* in Syntagmate de LXX. cap. 8. *Grabe* in Epistola ad Millium pag. 48. 49. aliique demonstrarunt. v. *Scharfenberg* ad Fabr. pag. 677. sq. *Clement* l. c. pag. 15. sqq. — E latinis patribus *Ciaconius* ea, quae vsui essent, collegit. Ex his igitur, aliisque subsidiis, *Flaminius Nobilius* veterem τῶν LXX. versionem latinam, quam *Italam* vocant, h. e. eam versionem LXX. et N. T. qua ante Hieronymum per Italiam et aliis in locis vsa olim fuisse, dicebatur, ecclesia latina, restituere tentauit, et latinam romani exemplaris interpretationem Romae 1588. fol. edidit. *) — Vtramque hanc romanam editionem coniunxit, et vnam graeco-latinam fecit, *Ioannes Morinus*, Parisiis 1623. fol. 3. voll. seruatis vtriusque adnotationibus. Conf. *Clement* l. c. pag. 17. sq. qui notat, exstare quoque exemplaria, *Paris. apud Sim. Piget* 1641. fol. in quorum titulo verba: *accurante Io. Morino* esse omissa; sed, folio inscriptionis per fraudem librarii tantum mutato, vnam eamdemque esse editionem. — Ex hac Parisiensi editione

*) At vide *Moshemii* Commentar. de rebus Christianor. ante Constantinum M. pag. 225. sq et *Hambergeri* Z. N. Vol I. pag. 168. sqq. Adde *Masch.* bibl. sacr. vol. III. part II. cap. 1. *Richardi Simonis* kritische Schriften über das N. T. Part. II. ex interpret. Crameri, Halae 1777. capp. 3. 4. 5. 6. et 8. ibique notas Semleri. Idem ibid. pag. 236. 259. de *Correctoriis Bibliae* agit.

tione textus LXX. vna cum latina versione repetitus est in Polyglottis *Briani Waltoni* 1657. fol. VI. voll. adiectis variis lectionibus, ex codd. Alexandrino, Cottoniano, aliisque, et ex editt. Complutensi, atque Aldina conf. *Creenii* animaduerss. philol. et historic. part. I. pag. 43. sqq. — Editionem Romanam expressit graeca Londinensis 1653. 4. Enimuero editor pro lubitu mire mutauit eam et interpolauit, vt ad textum hebraeum et nuperas versiones adcommodaret, de qua licentia grauiter conquesti sunt Waltonus et Grabius. Haec tamen Londinensis fuit basis editionum graecarum Cantabrigiensis 1665. 12. II. Voll. cum paraenetica *Pearsonii* praefatione; Amstelodamensis, *) cura *Io. Leusdenii* 1683. 12. Lipsiensis 1697. 8. cum scholiis graecis rom. editionis et praefatione *Io. Frickii*, Vlmensis; tum Vltraiectina cura *Dauidis Millii* **) 1725. II. Voll. 8. et Lipsiensis studio *Christiani Reineccii* 1730. 8. iterum 1757. 8. — Ex Romana, vel potius Parisiensi editione a Io. Morino recensita, aut Waltoniana fluxit ed. *L. Bosii*, Franequeck. 1709. 4. cum prolegomenis ex opere biblici Anglicani polyglotti, scholiis romanae edit. cum variis MSS. cod. et editt. lectionibus nec non fragmentis versionum Aquilae, Symmachi, et Theodotionis. Haud paucos quidem naeuos et lectiones a Bosio suppositas notat *Brei-*

*) At scatet vitiis typographicis et caret libris apocryphis.

**) Millius ex ed. L. Bosii Franequer. suam potius exprimendam curauit, et praefationi adiecit varias lectiones ad Octateuchum pertinentes. v. Repertorium bibl. et oriental. litterat. part. V. pag. 122.

Breitingerus in praefatione ad Tom. I. adde Dau. Bernhardi diff. de locis quibusdam fecundum LXX. interpretes ex fententia Lamb. Bos emendandis, Witteb. 1721. neque tamen interpreti et critico magnam adhuc non praeftat vtilitatem. — Ab ed. romana faepius quoque aberrat et Grabianae eftadcommodata editio *Halenfis*, gr. a. 1759. 12.

IV. *Grabiana* fiue *Alexandrina*, (quod *Grabe* textum ex cod. Alexandrino defcripfit,) Oxoniae Tom. IIII. fol. et 8. tom. I. 1707. tom. IIII. continens Pfalmos, Iobum ac tres Salomonis libros cum apocrypho eiusdem, nec non Siracidae Sapientia, 1709. Mortuo Grabio, cura *Franc. Lei* et alius non nominati, prodiit tom. II. continens libros hiftoricos omnes 1719. tom. III. libr. propheticos, ibid. 1720. conf. *Clement* l. c. pag. 18. fqq. et Repertorium laudatum, part. VI. pag. 126. Quaedam loca per coniecturam emendauit, aut emendanda putauit: quam quidem audaciam notauit *Io. Herm. Schwarz* in difp. praefide cel. *Io. Ludou. Schulzio* habita, qua mutationes in textu codicis Alexandrini a Grabio ex coniectura factae ad examen reuocantur, Halae 1768. 4. — Alexandrina illa recenfione, de qua Grabius in Prolegomenis multus eft, a *Chriftian. Reineccio* in bibliis quadrilinguis incept. 1713. et abfolutis 1750. III. voll. fol. repetita eft. — In primis vero *Io. Iacob Breitingerus* eft laudandus, qui Grabii exemplum, Vaticani exemplaris aliorumque MSS. codd. lectionibus varr. nec non criticis differtationibus illuftratum, infigniterque locupletatum, recudi fecit, IIII. Voll. Tigur. Heluetor. 1730 — 1733. Textum a Grabio conftitutum ea ratione fequutus eft, vt

et

et vitia typographica corrigeret, et, quae Grabius in prolegomenis atque in diff. de vitiis verfioni τῶν ο ante Origenis aeuum illatis emendarat, in textum reciperet. Conf. *Hambergeri* Z. N. Tom. I. p. 158. — *Chreſtomathiam verſionis LXX. viralis* edere coepit cl. M. *Io. Bernhard. Lippert*, at prima tantum illius particula lucem vidit in progr. Erlang. 1778. 4. edito.

Ex his autem, quae de editionibus et recenſionibus τῶν LXX. disputaui, rei peritus facile intelliget, editionem τῶν LXX. deſiderari, quae, (quantum per infirmitatem humanam liceat,) votis eruditorum ex aſſe reſpondeat. Id laboris, qui ſuſcepturus eſt, illum oportet multum ſtudii et induſtriae, nec non felicitatis ad conquirendos et comparandos libros, tam ſcriptos quam editos, multum iudicii ad veram lectionem indagandam, et a corruptelis laciniiſque diſcernendam, multumque ingenii adferat, et infinitam lectionem, atque artiſſimam cum ingenio interpretum graecorum linguisque orientalibus familiaritatem antea ſibi comparet. At quando tanta felicitas temporis et naturae vlli homini continget? Id vero iam alios vidiſſe arbitror, et *Dr. Henry Owen* in Enquiry in to the preſent ſtate of the Septuagint Verſion of the old Teſtament, Londin. 1769. 8. contendit, graecam verſionem aeque ac textum originalem a Iudaeis eſſe corruptum; isque excitat viros doctos, vt omnes LXX. interpretum codices MSS. conferant, quomodo Kennicot in ebraicis codd. inſtituiſſet. Atque ab eo tempore *Owen* alia eiusdem ſententiae edidit opuſcula. *Robertus* autem *Holmes*, Anglus, editionis nouae ex codd. in biblio-

bibliothecis britannicis, germanicis; italicis etc. adseruatis patrumque citationibus castigatae et correctae consilium suscepit, et ope eorum, tum qui in variis terris colligunt varias codicum lectiones, tum qui nummos ad sumtus faciendos conferunt, opus perficere conatus est. Hinc cl *Schow* illius sumtu Italiam peragrauit, ad codd. msst. τῶν LXX. excutiendos; cl. *Alter* codd. Vindobonenses eodem consilio comparat: et ita alii V. D. iuuerunt aut adhuc iuuant Holmesii studium. Vtriusque autem libros huc pertinentes memorabo: — *Critical disquisitions containing some remarks* 1) on Masius edition of the book of Ioshua, and 2) on Origen's Hexapla. by the Rev. D *Henry Owen*, T. R. S. Rector of St. Olave. Londini 1784. 8. Owen in Masium (de cuius edit. Iosuae v. ad Fabr. B. Gr. l. c. pag. 682. sq.) saepius iniustus esse et fabulam referre dicitur, nonnullos dubitasse, num exstiterit MS. Syriacum, quod tamen res ipsa, Masii praefatio, et praeloquium ante notas, (nisi ipsi omnis fides abneganda sit;) in primis cod. Mediolanensis, (quem ignorare videtur Owen,) satis refutant. Insuper opinatur idem Owen, Masium habuisse textum hebraicum ab mendis immunem, et in graeca versione, vbi Vaticano codici omnia tribuit, asteriscos obelosque secundum hebraicum textum posuisse. At Masius de mendis in textu hebraico tum in notis tum in commentario differit. Res tamen noua inquisitione digna est, num mutationes ab Owenio in graeco textu et adpositis signis Origenianis factae illius codicis auctoritate nitantur — Eiusdem *Owen*, a Brief account historical and critical of the LXX versi-

on of the old Teſtament to which is added Diſſert. on the comparative excellency of the hebrew and Samaritan Pentateuch. Londini 1787. 8. v. Allg. Litt. Zeit. n. 276. a. 1788. pag. 479. — *Holmes* autem edidit annuas de collatione codd. relationes: The firſt — — the fourth annual Account of the Collation of the MSS. of te Septuagint — Verſion etc. Oxon. 1789 — 1792. 8. conf. A. L. Z. 1790. n. 88. m. Mart. a. 1791. nr. 171. a. 1792. m. Iul. n. 179. et nouam cathol. Germ. biblioth. vol. III. faſc. II. a. 1793. pag. 149. ſq. — The *Sixth* annual Account etc. 1794. Turici non amplius exſtare dicitur cod. mst. praeſtans, de quo *Breitinger* in epiſtola de antiquiſſimo Turicenſis bibliothecae graeco Pſalmorum libro in membrana purpurea, titulis aureis et argenteis exarato, Turici 1740. diſſeruit. — Pauca addere licet de quaeſtione, quis ſit *ὁ Σύρος* interpres vetus? olim agitata et diuerſimode ſoluta. v. *Fabr.* B. Gr. l. c. pag. 717. ſqq. ibique Scharfenb. et Pfeifferum. Eam tamen quaeſtionem optime explicuit *Io. Chriſtophor. Doederlein*, tum coetus ſacri Windshemenſis diaconus, (qui poſtea academiam Altdorfinam et Ienenſem ornauit,) in disquiſitione hiſtorico-philologica, quis ſit *ὁ Σύρος* vet. teſt. interpres graecus, Altdorfii 1772. 4. Ille igitur, poſtquam in priore parte collegit diuerſas variorum V. D. ſententias et demonſtrauit, 1) non eſſe verſionem quamdam ſyriacam; 2) non indicari verſionem graecam, ex ſyriaco idiomate ortam; et 3) Symmachum a Syro eſſe diuerſum interpretem: in poſteriore parte Semleri de Syro coniecturam vberius explanauit, amplificauit et primo

primo ex verſionis illius aetate; tum ex collatione τȣ̃ Σύρȣ cum latina Hieronymi verſione, denique antiquitatis teſtimonio Theodori Mopſueſteni apud Photium, cod. 227. pag. 205. ed. Hoeſchelii, firmauit. Statuit nimirum Doederlin (cuius iudicium viri eruditi poſtea amplexi ſunt;) poſtquam, (vt verbis eius vtor,) Hieronymus nouam V. T. ex hebraeo textu translationem adornauit, quae rei vtilitate atque auctoris diligentia et auctoritate mox inclaruit, atque variis eccleſiae chriſtianae doctoribus comprobata eſt; factum eſſe, vt nouam nouae interpretationis translationem in vſum orbis graeci chriſtiani componeret *Sophronius*, Byzantinus patriarcha, Hieronymo familiaris; eam autem verſionem graecam latinae Hieronymianae inſcribi ὁ Σύρος. Sed Theodorus in Hieronymum inuectus, hunc, nomine vero oppreſſo, vocarat Ἀραμ, h. e. *Syrum:* vnde interpres ille Σύρος dictus eſt; quia vel Hieronymus in deſerta Syriae confinia ſeceſſerit, vel Antiochiae, quae vrbs erat Syriae primaria, illa verſio graeca et editio maxime et fautores nacta ſit et vſu venerit. Ex Procopio autem Gazaeo multae τȣ̃ Σύρȣ reliquiae in collectionem Druſii atque Montefalconii tranſierunt.

9. De quorundam librorum editionibus pauca addere iuuat *) Cl. *Fiſcherus*, de interpretibus graecis optime meritus, edidit Exodi particulam et Leuiticum graece e cod. MS. bibliothecae collegii Paullini Lipſienſis, 8. Lipſiae 1767; — atque 1768. ex eodem codice Numeros et Particulam Deuteronomii, 8. De illo cod. Lipſienſi fuſius

 differit

*) Conf. *Fabr.* B. Gr. l. cit. pag. 682. ſqq.

differit *Carol. Frid. Bahrdt* in praefatione ad Hexapla Origenis etc. Part. I. Lipf. et Lubec. 1769.—

Cel. *Villoifon* apographum fuum codicis Veneti D. Marci, qui nouam *Pentateuchi* verfionem graecam continet, mihi hac lege miferat, vt eam verfionem praelo emittendam curarem. Ego vero commifi id negotii cl. *Ammonio* noftro, tum temporis vtrique philologiae et facrae et profanae diligentiffime operanti, in praefenti Theologo Göttingenfi. Atque ille laborem non modo lubenter fufcepit; fed etiam paucis poft annis cum laude profligauit. Edita igitur ab illo eft: *Noua verfio graeca Pentateuchi ex vnico S. Marci biblioth. codice veneto.* Nunc primum edidit atque recenfuit *Chriftoph. Frider. Ammon*, Philos. D. et Prof. extraord. Erlang. *pars I. Genesin continens atque Exodum: Erlangae* 1790. 8. — *Pars II. Leuiticum continens et Numeros*, ibid. eod. an. — *Pars III. continens Deuteronomium*, addenda, indicem et commentationem de vfu, indolė et aetate huius verfionis cum tabula aeri incifa. ib. 1791. — Ipfe *Villoifon* antea ex eodem cod. graeco Veneto, *Nouam verfionem Prouerbiorum, Ecclefiaftis, Cantici canticorum, Ruth, Threnorum, Danielis et felectorum Pentateuchi locorum*, euulgarat, graece, Argentor. 1784. 8. In hanc verfionem Prouerbiorum graecam fcripfit *Io. Georg. Dahler* Animaduerfiones in cap. X. — XXIV. Argentorati. 1786. 8. Nouem priora capita in Ephemerid. litterar. Argentoratens. a. 1785. pag. 135. fqq. illuftrata funt a *D. Müllero.* adde Scharfenb. et Pfeiffer. ad Fabr. B. Gr. l. mem. pag. 716. fq. *Pfalterium*, graece, princeps editio, Mediolan. 1481.

1481. fol. cum interpretatione lat. *Ioannis* (Crestoni) *Placentini*. Accedunt in fine *Cantica* Moysis, Annae, Habacuci, Esaiae, Ionae, trium puerorum, Mariae, et Zachariae. conf. *Ios. Anton. Saxii* histor. typograph. litter. Mediolans. pag. DLXXV. et de Ioan. Crestono pag. CLXVI. sqq. ac *Fossii* catal. codd. saec. XV. impressorum in bibl. Magliabech. tom. I. pag. 350. sqq. Ibidem pag. 348. sqq. doct. Fossius vberius recenset editionem *Psalterii* Aldinam, gr. Venet. in 4. sine anni nota, (circa a. 1495.) — In *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern Psalteria quaedam recensentur copiosius, et quidem, tom. I. pag. 385. sqq. *Psalterium sextuplex* Hebraeum cum tribus latinis: — *Graecum* septuaginta interpretum, cum latina vulgata. Lugduni. Seb. Gryph. 1530. 8. — pag. 390. sqq. *ψαλτήριον πρoφήτȣ καὶ βασιλέως τȣ̃ Δαβίδ. τȣ̃ προτέρȣ* (n. Argent. ap. Wolfg. Cephalaeum 1524. 12. *)) *ἀμολυντότερον*. Paris. 1543. 16. — pag. 392. sqq. *Psalterium Dauidicum graeco-latinum*, ad fidem veterum exemplarium, atque adeo codicis graeci msti D. Victoris, locis quam multis repurgatum et nitori suo restitutum. Paris. exc. Carola Guillard. 1545. mai. 16. — pag. 394. *Psalterium*, gr. et lat. Basil. per Nic. Brylinger. 1549. min. 16. adde *Maschii* B. sacram, vol. I. p. 406. sq. part. II. vol. II. pag. 310. sqq.

*) De qua edit. et aliis, n. Francof. gr. 1545. 12. — gr. et lat. Basil. 1557. 12. — et Antwerp. 1584. 12. ad exemplar Complut. tum de quorumdam metaphras. Psalmorum metricis ib. vol. VII. p. 95 — 111. agitur. add. p. 471. sqq.

Ieremias vates, e versione Iudaeorum Alexandrinorum ac reliquorum interpretum graecorum. Emendatus notisque criticis illustratus a *M. Gottl. Lebr. Spohn.* Lipsiae 1794. 8. conf. ephem. litt. Erlang. a. 1794. plag. 71.

Liber *Iudicum* — *Victorini Strigelii* — prima edit. (a Maschio omissa.) sine anni nota. probabiliter 1567. — Δανιὴλ κατὰ τὰς ἑβδομήκοντα ἐκ τῶν τετραπλῶν Ὠριγένους. Daniel secundum septuaginta Tetraplis Origenis, nunc primum editus e singulari Chisiano codice annorum supra DCCC. graece et lat. Romae typis propagandae fidei, 1772. fol. Editorem esse *Simon. Magistrium*, siue *de Magistris*, Presbyt. orat. rom. *Amadutius* tradit in Catalogo librorum, qui ex typographeo sacrae congregationis de propaganda fide variis linguis prodierunt, Romae 1773. 8. — Editor vero vsus est opera Vincentii Regii et praecipue adparatu Iosephi Blanchini, qui editioni curandae immortuus est. Additi sunt docti commentarii, atque dissertationes. Plura de illa editione disputauit Michaelis in Bibliotheca orientali et exegetica, part. III. nr. 42. et part. IV. nr. 50. qui praetermisso commentariorum et dissertationum adparatu, textum Danielis typis repetendum curauit, Gottingae 1773. 8. nec vero ita multo post integram illam romanam editionem. — Versio illa Danielis τῶν LXX. separatim quoque prodiit cum animaduersionibus *Car. Segaar*, Traiecti ad Rhen. 1775. 8. — At *Caietanus Bugatus*, S. Theol. I. V. et collegii Ambrosiani Doctor, in libro: *Daniel* secundum editionem LXX interpretum, ex Tetra-

Tetraplis desumtam. Ex cod. Syro-Estrangelo bibl. Ambrosianae syriace edidit, latine vertit, praefatione notisque illustrauit *Caiet. Bugatus*, Mediolani 1788. mai. 4. ostendit et vitia illius edit. de Magistris, et eum non vsum fuisse cod. Chisiano; sed tantummodo apographis Allatii et Blanchini ex bibl. Blanchiniana conf. nouas ephem. litter. Lipsiens. a. 1789. n. 30. et Annales litterar. Helmstad. m. Oct. 1789. pag. 1. sqq. et compara *Io. Gottfried. Scharfenberg* Specimen animaduersionum, quibus loci nonnulli Danielis et interpretum eius veterum, praesertim graecorum illustrantur, emendantur, Lipsiae 1774. 8.

10. Vide praeter ea *Brucker* in historia crit. philosophiae Vol. I. pag. 858. — supra, Demetrium Phalereum — *Perizon.* ad Aeliani V. H. pag. 238. ed. Grouou. *Claudii Frees Hornemann* Specimen exercitatt. criticarum in versionem LXX. interpretum ex Philone, Gottingae 1773. 8. *) qui in limine exercitationis praeliminaris contendit primum, ne vnicum quidem exemplar versionis τῶν ό cum authenticis Alexandrinorum interpretum MSS. perfecte congruum, Origenis tempore superfuisse videri: tum docet, fuisse tamen aliqua illo tempore melioris notae, minusque corrupta exemplaria versionis τῶν LXX; iam agit de textus illorum ex Hexaplis Origenis interpolatione, per quam occasionem de quibusdam codd. et editionibus iudicat. Denique de remediis antiquae

*) Philolog. bibliothek. vol. II. part. II. pag. 149. sqq. Gottingae 1773. 8.

tiquae editionis κοινῆς, cuius voc. significationes variae illustrantur, restituendae agit. Is quoque negat, graeco textui, vti est in Hexaplis Origenis, magnam esse tribuendam auctoritatem. — *M. Io. Gottlob. Iaegeri*, Rectoris scholae Meldorpianae, Obseruationes in Prouerbiorum Salomonis versionem Alexandrinam, Meldorp. et Lipsiae 1788. 8. — *Io. Frid. Schleusneri* collationes prouerbiorum Salomonis cum bibliis polyglottis. Lipsiae 1782. 8. — *Eiusdem* Obseruatt. criticae in versiones graecas oraculorum Iesaiae, progr. Gottingae 1788 4. persequitur 64 loca, in quibus deprauationes reperit, meliores ex patribus ecclesiasticis restituit lectiones, ac Montefalconii ostendit negligentiam. — *Eiusdem* commentarii noui critici in versiones veteres Prouerbiorum Salomonis, specimen I — IIII. Gottingae 1790 — 1794. — *M. Alexandri Sundbäck* diss. hist. crit. de versionis Alexandrinae vsu et auctoritate in emendando hodierno S. codice hebraeo, part. II. Agit auctor de ortu versionis Alexandr. de codd. quibus vsi sunt interpretes, et de fatis huius versionis etc. adde supra pag. 53 et 54. *Gottlieb Wernsdorf* de fide historica librorum Maccabaicorum, Wratislauiae 1747. 4. pag. 86. vbi alii laudantur auctores: — *Montfaucon* in Praelimin. in Hexapla Origenis cap. III. de historia, (quam veram esse putat,) LXX. vel LXXII. interpretum, quae Aristaeae nomine circumfertur, et cap. IV. de LXX. interpretatione, vt in Hexaplis erat, vbi confer pag. 87. ed. Bahrdt, huius analecta. — *M. Io. Frid. Rommershausen* Vorlesungen über seinen Entwurf zu einer Einleitung in das alte Testament

ment — herausgegeben von D. Carl. Wilhelm Robert, Marburg. 1771. 8. §. 16. p. 238 – 293. Primum fabulam Aristaeae iure reiicit; tum exemplis luculentis ostendit, diuersos Iudaeos Alexandrinos diuersis temporibus illam interpretationem confecisse: atque, praesertim a pag. 255. contra Hassenkampii sententiam, Pentateuchum τῶν LXX. non ortum esse ex codice Samaritano, sed secundum huncce ab aliis correctum, nec nos habere germanam Iudaeorum Alexandrinorum interpretationem probatum it. Porro a pag. 262. seqq. de MSStis agit, et editionibus eius celebrioribus, atque codici Vaticano maiorem tribuit fidem atque auctoritatem, quam Alexandrino, qui non solum secundum versionem latinam correctus sit, sed etiam versionibus Symmachi, Theodotionis aliorumque interpolatus. Denique de versionis τῶν LXX. per antiquiora saecula, auctoritate, multiplici vsu, et variis scriptis, quae vsum eorum iuuent, fusius disserit. — Tum ablego lectores *ad Io. Georg. Hagemann* Nachricht von den vornehmsten Ausgaben etc. ed. 2. Brunsuic. 1750. 8. pag. 12. seq. et pag. 35. is plures laudat.

§. 2.

DE RELIQVIS GRAECIS V. T. INTERPRETIBVS *).

1. *Aquila*, Sinopensis Ponticus, circa A. C. 123. Primum idolorum cultor, postea malo dolo

 transiit

*) Vide quoque *Iac. Vossium* in praefat. ad Appendicem supra memoratam, et *Seemilleri* V. Cl. progr. II. laudatum.

transiit ad castra christianorum: a quibus quum propter praestigiarum et astrologiae iudiciariae crimen deuoueretur, Iudaeorum denique disciplinam sectatus est. Κατὰ πόδα singula verba hebraica graecis expressit, quae illis essent propria significatione simillima. Quare illius reliquiae ad veram lectionis non minus, quam significatus vocc. hebraicorum interpretationem multum faciunt. Neque tamen omnes Aquilae reliquiae, quas Montfaucon illi attribuit, ab eo profectae dicuntur, *) neque Alexandrinos interpretes sequutus est. Confer. *Io. Aug. Dathii* disput. in Aquilae reliquias interpretationis Hoseae, Lipsiae 1757. 4. *Fabricii* B. Gr. vol. III. libr. III. cap. 13. §. 8. ibique Scharfenb. et Pfeiffer. pag. 690. sqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 289. sqq. — *Saxe* in Onomast. lit. I. pag. 296. Auctor Chronici Paschalis pag. 255. ed. du Fresne ex Epiphanio Cyprio de ponderibus et mensuris (libr. I. nr. XIII. et XIV.) notat, Aquilam non recto quidem consilio interpretatum esse libros sacros; sed vt quaedam in illis loca interuerteret; aliasque de eo narrat fabulas: at vide Petauium ad locum Epiphanii. Aquilam quoque defendit *Petr. Wesseling.* in Obseru. variar. Libr. I. cap. 19. p. 73. sqq. Denuo eum perfidiae egerunt reum Kennicot et Stark. v. Scharfenb. l. c. pag. 690. not. www.

2. *Theodotio*, Ephesius, Marcionis Pontici sectator: Ebionitarum, et deinceps Iudaeorum haeresin professus est. Interpretationem librorum grae-

*) vide *Petr. Wesseling.* in epist. ad H. Venemam de Aquilae in scriptis Philonis Iud. fragmentis, Traiecti ad Rh. 1748. 8.

graecam', ratiocinante Pagio, quem sequitur Saxe in Onomast. I. p. 332. vulgauit a. C. 182. Commodo quinquennalia Augustea celebrante. Media intercedit inter licentiam Symmachi et minutam Aquilae diligentiam: propius tamen accedit ad versionem Alexandrinam. Conf. *Fabricium* l. mem. §. 9. *Io. Franc. Buddei* diss. de Theodotione, Witteb. 1688. 4. et in eiusdem parergis histor. theol. p. 29. sqq. *Hamberg*. Z. N. Vol. II. p. 404.

3. *Symmachus*, gente et sacrorum disciplina Samaritanus, postea Iudaeus, tandem Christianus Ebionita, circa auspicia saeculi tertii. Ex reliquiis videre licet, Symmachum orationem hebraicam valde liberaliter conuertisse in graecum, pureque scripsisse: ita, vt puri et elegantis sermonis amore interdum a vero sensu aberraret. Quae igitur minus pura sunt inter fragmenta illius, ea aliunde irrepsisse videntur. Confer praeter Fabricium et Saxe (pag. 343.) *M. Carol. Aug. Thieme* disput. pro puritate Symmachi, Lips. 1755. Fallitur vero *Faber*, Prof. quondam Ienensis, in Archaeologia Hebraeorum, adfirmans, Aquilam et Symmachum sequutos esse Alexandrinos.

Versionum, librorum quorundam sacrorum, graecarum, quae in Hexaplis *quinta*, *sexta*, *septima* dicuntur, ignorantur auctores. Quae κοινὴ, a veteribus memorata fuerit, non plane conuenit: saltem magnus criticorum est dissensus. v. *Hornemann* paullo ante laudatum, et *Semlerum* ad Simonii kritische Schriften über das N. T. Part. I. pag. 634. etc. — De his et paullo ante memoratis, aliisque interpretibus, atque Origene, a quo reliquias tantummodo habemus, consule *Hagemann*

libr.

libr. mem. pag. 36. sqq. *Simonis* Introductionem pag. 256. sqq. *Briam. Walton* Prolegom. Sect. IX. *Ioachim Ehrenfried Pfeiffer* in Institutionibus hermeneuticae sacrae, Erlangae 1771. §. 32. *Io. Aug. Stark* Vol. I. Dauidis, aliorumque poetarum hebraeorum carminum etc. Sect. VI. pag. 167 — 190. in primis *Montfauconii* Praeliminaria ad Origenis Hexapla.

4. *Origenes*, natus A. C. 185, denatus a. C. 253. Presbyter Alexandrinus, et ab indefesso studio et labore χαλκέντερος, siue Adamantius cognominatus, egregius fuit grammaticus, philosophus et theologus. Is collegit varias interpretationes, recensuit, obeliscis, lemniscis, asteriscis, aliisque signis notauit, quae cuicumque propria, et in LXX. suppleta, aut melius translata, aut aliunde illata sibi viderentur: de quibus signis *Montfaucon* in Praelimin. Cap. X. multus est. *) Idem in certas columnas verba textuum, secundum Pagium apud *Saxe* in Onom. litt. pag. 358, vbi de Origene disserit, a. c. 229. primum purgauit, et ita iuxta se disposuit, vt primam columnam, Aquilae; alteram Symmachi; tertiam, τῶν LXX; quartam, Theodotionis versiones occuparent: quae editio vocabatur *Tetrapla.* v. *Montfaucon* Praelim. Cap.

*) Conf. *Villoison.* proleg. ad Homeri Iliad. ed. Ven. pag. XXI. sq. *Fabr.* B. Gr. l. c. pag. 699. sq. De Origene eiusque scriptis v. *Roesler* Bibl. der Kirchenvater, part. IX. Lipsiae 1785. 8. pag. 212. sqq. et alios historiae ecclesiasticae conditores. De Origene, allegoriarum patrono, disputat *Moshem.* in commentar. de rebus Christianorum ante Constant. M. pag. 603. sqq. 630. sqq.

Cap. I. §. 3. sqq. Post hanc aliam curauit, et descripsit, in qua duas columnas adhuc addidit, et in fronte quasi collocauit, quae primum textum hebraeum, tum eumdem graecis expressum litteris exhiberet: quae dicebatur *Hexapla*. In quibus locis quintam, sextam, et septimam nancisci potuit, tunc adiecit illas in postremis columnis: vnde *Octapla* et *Enneapla* fiebant. Hexaplorum specimen dederat *Io. Alb. Fabricius* in B. Gr. Libr. III. c. 12. §. 13. vbi praeter ea alii, qui in hoc argumento versati sunt, laudantur: sed in noua edit. omisi illud, quia *Ios. Blanchinus* in parte I. euangelior. quadrupl. lat. vers. ant. post pag. DXXXII. e cod. Barberino diligentius descriptum proposuit. Scharfenb. tamen notas retinui p. 712. sqq. Illius autem operis praeclari ac diuini, cuius fata post Origenem enarrat *Montfaucon* libr. mem. cap. 11. reliquias primus colligere coepit *Ioan. Drieſſchus*, h. e. Drusius, (conf. huius Miscellanea lib. I. cap. 97.) Inscriptus vero liber est: *In Psalmos Dauidis veterum interpretum, quae exstant, fragmenta Io. Drieſſchus collegit.* Antwerp. ex offic. Christoph. Plantin. 1581. 4. (64 pagg.) In fine ita adloquitur lectorem: „Amice lector! damus hic fragmenta veterum interpretum in Psalmos, opus non adhuc visum huic aeuo, quod excudendum curaui mihi et paucis, qui hic sunt etc." Hunc excepit *Flaminius Nobilius*, Romanus in notis ad biblia Sixtina f. Romana. Postea idem *Io. Drusius*, Professor quondam in Vniuersitate Franeckerana, veterum interpretum graecorum in totum vestus testamentum fragmenta collegit, vertit et notis illustrauit: quae praeclara collectio, et raris

raris libris adnumeranda poſt illius obitum prodiit cura *Sixtini Amamae*, Arnhemiae 1622. — Optima eaque ſplendida huc vsque editio eſt:

Hexaplorum Origenis, quae ſuperſunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Io. Druſio editae fuerint. Ex manuſcriptis et ex libris editis eruit et notis illuſtrauit *D. Bernhard de Montfaucon* *) — Accedunt opuſcula quaedam Origenis anecdota, et ad calcem lexicon hebraicum ex veterum interpretationibus concinnatum, itemque lexicon graecum et alia, quae praemiſſus initio laterculus indicabit, Tom. I. II. Paris. 1713. fol. **) — Hanc editionem in minorem formam redegit, notulis illuſtrauit, atque lectiones codicum Coisliniani ac Lipſienſis ad loca ſua reuocauit *Carol. Frid. Bahrdt*, Lipſiae et Lubecae 1769. II. Voll. 8. Neque vero eum, qui nouam hanc Hexaplorum editionem poſſideat, carere vllo modo poſſe vſura Operis Montefalconii, ait cl. *Fiſcherus*, et plura culpat in iſta Bahrdtiana, pag. 34. not. in Proluſionibus de Verſionibus graecis librorum V. T. litterarum hebraicarum magiſtris: acceſſit

*) Conf. Neuen Bücherſaal der gelehrten Welt, XXXIII. et XXXIV. Oeffnung. Lips. 1714. 8. p. 589. ſqq. et 665. ſqq.

**) *Valcken.* in adnotatt. ad Theocriti Adoniazus. pag. 328. Hexaplor. Origenis reliquias edit. Montfauconii nominat Augiae ſtabulum, ab iis, qui hoc tentare ſaltem debebant, non expurgandum. Cum textu τῶν LXX. gr. ex edit. Breitinger. quaedam capp. cum fragmentis hexaplaribus edita et adornata eſt *Chreſtomathia hexaplaris* a *Io. Georg. Trendelenburg.* Lubec. et Lips. 1794. 8. conf. ephem. litt. Gotting. plag. 177. a. 1794.

cessit prolusio, qua loci nonnulli verss. grr. oraculorum Malachiae illustrantur, emendantur, Lips. 1772. 8.

— Idem *Fischerus*, vir doctiss. edidit Specimen clauis versionum graecarum V. T. Lipsiae 1758. 8. — In vol. I. Repertorium für Biblische und morgenländische Litteratur, tres praeclarae sunt commentationes, quae huc pertineant, 1) p. 83. sqq. D. *Io. Iac. Griesbachii* Excerpta ex codice Coisliniano: 2) *Io. Gottfried. Eichhorn* Obseruatt. super textu prophetae Ieremiae graeco τῶν LXX. is putat, duplicem olim fuisse recensionem: 3) Additamenta ad Hexapla Origenis egregia (*D. Doederlein*, Professoris cel. Altdorfini,) in quibus multa emendantur, supplentur, illustrantur. — Praeter ea commendatione nostra haud egent; *Io. Gottfr. Scharfenberg*. Animaduersionum, quibus fragmenta versionum graecarum V. T. a Montefalconio collecta, illustrantur, emendantur, specimen I. Lipsiae 1776. 8. maxima pars additamentorum et correctionum ad Montefalconii Hexapla petita est ex Nicephori catena comment. in Octateuchum, quos diligenter contulit. Praeter ea Theodoreti ἐρωτήσεις in Pentateuchum et Hieronymi quaestiones in Genesin sollerter meliusque, quam Montfaucon, in vsum conuertit atque inuestigauit. — *I. Aug. Ernesti* disputat. de Origene interpretationis librorum S. S. grammaticae auctore, Lips. 1756. et in Opusc. philol. et crit. pag. 288. sqq. Vitia eius, praecipue interpretationis allegoricae haud negantur; at virtutes etiam, quae insignes sunt, celebrantur. Calluit linguam hebraicam Origenes, nec vmquam desiit esse grammaticus.

maticus. — *Chr. Frid. Loesneri* Obseruatt. ad interpret. graec. libri Prouerb. Salomonis pertinentes, Lipsiae 1761. 4. adde ad §. 1. nr. 10.

Per hanc occasionem editiones quasdam librorum, quos Origenes compofuit, et quorum numerus olim ad sex millia accessisse ferebatur, (nisi in calculo error commissus, aut singulae epistolae atque orationes numeratae fuerint,) recensebo. Pauca vero *Origenis* scripta a temporis inuidia atque iniuria vindicata sunt.

— In sacras scripturas commentaria, quaecunque graece reperiri potuerunt. *Petrus Daniel. Huetius* graeca ex antiquis codicibus manu scriptis primus maxima ex parte in lucem edidit, — cum latinis partim suis partim alienis interpretationibus, notis atque obseruationibus. Idem praefixit *Origeniana*, tripartitum opus, quo Origenis narratur vita, doctrina excutitur, scripta recensentur, Rothomagi 1668. Coloniae 1685. fol.

— Contra Celsum libri VIII. et Gregorii Neocaesar. Thaumaturgi Panegyricus in Origenem, a *Dauide Hoeschelio*, graece et latine primum editi, accessere notae et indices, Augustae Vindel. 1605. 4.

— Contra Celsum libri octo; eiusdem Philocalia. *Guilielmus Spencerus* vtriusque operis versionem recognouit, et annotationes adiecit, Cantabrig. 1658. et 1677. 4. — Iidem in linguam gallicam ab *Elia Bouhéreau*, Amstelod. 1700. 4. cum notis et coniecturis ad textum Origenis; et in linguam theotiscam a *Io. Laurent. Moshemio*, Hamburgi 1745. 4. translati sunt.

— Phi-

— Philocalia, de obſcuris S ſcripturae locis, a Baſilio Magno et Gregorio Theologo, ex variis Origenis commentariis excerpta; item Zachariae, Scholaſtici, diſputatio de mundi opificio contra philoſophos; Anaſtaſii, presbyteri, liber de hominis ad imaginem et ſimilitudinem dei creatione, et celebres opiniones de anima. omnia graece et lat. nunc primum edita opera *Io. Turini*, Paris. 1618. 4.

— Περὶ εὐχῆς etc. de precatione ſiue oratione liber gr. et lat. cum notulis, Oxoniae 1686. 12. Addita eſt paraphraſis orationis dominicae etc. graeca ſiue Origenis ſiue alterius cuiusdam doctoris aequalis, ſiue, Huetio iudice, Petri Laodicenſis, ſaeculo ſeptimo viuentis, quam antea *Feder. Morellus* graece et lat. ediderat Lutet. 1601. 8. — Recuſus eſt ille liber atque recognitus et emendatus a *Guilielmo Reading*, cum notis eruditi cuiusdam viri, Londini, 1728. 4.

— Dialogus contra Marcionitas; ſiue de recta in deum fide; exhortatio ad martyrium; reſponſum ad Africani epiſtolam de hiſtoria Suſannae, graece nunc primum e MSS. codd. prodeunt. Verſiones partim corriguntur, partim nouae adiiciuntur, additis notis, indicibus, lectionibus varr. e coniecturis; opera et ſtudio *M. Io. Rodolfi Wetſtenii*, Baſileae 1674. 4.

— Hebraicorum nominum S. ſcripturae et menſurarum interpretatio, cum Hieronymi et noua ſua verſione, e codd. regiis et Colbertin primus graece vulgauit, et notas adiecit *Io. Martianaeus*, in Hieronymi Opp. Tom. II, Paris. 1699.

— Lexicon graecum nominum hebraicorum, primum ex cod. regio editum, nunc ex Vaticano multo accuratius latine redditum et cum Hieronymiana interpretatione comparatum cum notis *Martianaei* et *Vallarſii*, in Hieronymi Opp. tom. III. pag. 605. Veronae, 1735. fol.

Fragmentum philoſophumenon ex cod. Florentino primus edidit, verſionemque et notas, in quibus Origeni illud vindicat, addidit *Iac. Gronou.* in thes. antiqq. graec. Tom. X. pag. 257. — At M. *Io. Chriſtoph. Wolf*, qui idem fragmentum, ſed inſcriptum, *Compendium hiſtoriae philoſophicae antiquae ſiue philoſophumena* etc. iterum recognitum, notis vberioribus illuſtratum paſſimque correctum edidit cum notis Gronouii, Hamburgi 1706. 8. verum contra Huetium, Galeum et Gronouium oſtendit in praefatione, libri ſcriptorem incertum eſſe.

Origenis ſcholia, quae in mstis catenis reperta ſunt, in Pentateuchum, Ioſua, librum Iudicum, Samuelis, Regum Prouerbia et Eccleſiaſten Salomonis, Pſalmos, Matthaeum et Lucam, typis deſcripta leguntur in *Veterum* patrum eccleſiaſticorumque ſcriptorum analectis nouis. Venetiis, 1781. fol. nr. 1. pag. 3 — 109. — De ſcholiis ſeu *σημειώσεσι* Origenis v. Valeſii libr. II. de critica, cap. 2. pag. 185. ſq.

Origenis Opera omnia, quae graece, vel latine tantum exſtant, et eius nomine circumferuntur, ex variis editt. et codd. MSS. collecta, recenſita, latine verſa atque annotationibus illuſtrata, cum copioſis indicibus, vita auctoris et multis diſſertatt. Opera et ſtudio Domni *Caroli Delarue*, Presbyteri

byteri et Monachi Benedictini e Congregat. S. Mauri. Tom. I. II. Paris. 1733. Tom. III. 1740. IIII. 1759. fol.

Antea *Origenis* quaedam *latine* versa prodierunt: ex gr. *Omelie beati Gregorii pape super euangeliis et Omelie Origenis presbiteri, quae seruantur in ecclesiis*, min. fol. s. l. 1475. de qua rara edit. ipsoque Origene egit *Freytag* in adpar. litter. tom. I. pag. 94. sqq. — *Origenis* contra Celsum, Romae 1481. fol. lat. interprete *Christophoro Persona*, impressit *Georg. Herolt* Bambergens. de qua rarissima ed. v. *Audiffredi* catal. edition. roman. saec. XV. pag. 240. sq. — *Origenis* Homiliae in Genesin, Exodum, Leuiticum, Numeros, Iesu Naue, et libros Iudicum, lat. interpr. D. Hieronymo. Venet. ap. Ald. 1503. fol. — *Origenis* omnia opera ex variis antiquis interpretationibus *latine* edita fuerunt studio *Iac. Merlini* cura *Guillermj Paroy*. Paris. 1512. fol. IV. voll. ed. incastrata et rarissima. — tum studio et labore *Desiderii Erasmi*, partim versa, partim recognita, cum praefatione de vita et operibus illius et *Beati Rhenani* epistola de vita et obitu D. Erasmi Basileae ex offic. Froben. 1536. fol. — denique, latine studio doctiss. virorum olim translata et recognita, atque locupletata, nunc postremo studio et labore *Gilberti Genebrardi*, partim cum graeca veritate collata, partim libris recens versis et e regia bibl. depromtis aucta. Paris. 1574. fol. — rec. 1604. et 1619.

Origenis Adamantii Opera omnia ad edit. Parisiensem Caroli de la Rue recusa, (cura *Oberthür*,) Wurzburgi 1785. 8. sqq. tom. XII.

Prologi *Origenis* in euangelia S. Matthaei Lucae et Ioannis; gr. et lat. hactenus inediti. in progr. editi, Gottingae. 1735. 4.

Epiphanius haer. LXIV. §. 2. aliique tradunt, Origenem ad turpitudinis et flagitii neceſſitatem euitandam, manu ſua tus obtuliſſe ſimulacris. Ab hoc crimine vindicare eum ſuſtinuit *Io. Matthias Haſius* in disput. ſub praeſidio D. Io. Andreae Schmidii habita, de lapſu Origenis Helmſtad. 1704. 4. — *Eliae Ebingeri* Origenes labilis, ſeu de naeuis Origenis diſſ. quam *Iac. Brucker* adiecit commentationi de vita et ſcriptis celeb. quondam viri Eliae Ehingeri, Auguſtae Vindel. 1724. 8. pag. 151. ſqq. — *Paganinus Gaudentius* de comparatione dogmatum Origenis cum philoſophia Platonis, Florent. 1639. 4. Piſis. 1641. 4. v. *Fabroni* vitas Italorum doctrina excellentium etc. tom. XIV. nr. 1. — *Ioach. Samuel. Weickmanni* de ſchola Origenis ſacra, e Gregorio Thaumaturgo informata, commentat. Wittebergae. 1744. 4. — *Dettmer*, Rector ſcholae, comment. hiſtoricocritica de Theologia Origenis. ſectiones V. Francof. ad Viadr. 1785. ſq. — fragm. Syriacum de Origene, anecd. ex eius τομοις in *Haſſii* Magazin tom. I. ſect. 4. — *I. Fr. Buddei* exercit. de Allegoriis Origenis. Wittebergae 1689. 4. — *Petri Zornii* diſſ. de Eunuchismo Origenis Adamantii, praeſide I. Henr. Maio. Gieſſae 1708. 4. — A Letter of reſolution concerning Origen, and the Chief of his Opinions, by C. L. Londini 1661. 4. — *Petri Halloixii* Origenes defenſus, ſiue Origenis vita, virtutes et documenta, libr. IV. Leodii. 1648. fol. — *Io. G. Walchii* Vindiciae Ori-

Origenis in doctrina de diuinitate Christi. Ienae 1727. 4. — At tamen nostra aetate grauiter adcusatus est et vero infamatus Origenes. *Owen* in disquisitions etc. supra memoratis n. 2. criminatur, Origenem, editis Hexaplis, caussam fuisse multarum rerum malarum, corruptionum ac mutilationum: eum debuisse codices hebraicos, tum superstites, comparare: (enimuero habuitne occasionem et peritiam? talene negotium illi aetati aptum fuisset atque consentaneum? seruatumne fuisset vllum fragmentum ad nostram memoriam? —) tum ille adcusat Origenem, reuera eum reiecisse vett. codd. hebr. et Iudaeos in incredulitate confirmasse. In adpendice varios textus hebraici errores, comparando cum graeco aperit, negatque, Hexapla vtile opus esse. Verum seditne Owenus iudex perspicax et legitimus caussae omnino peritus nullique addictus parti? Sed alii iudicent. — Cl. *Matthaei* ad Euthymii Zigabeni comment. in IV. euangelia saepius inuehitur in Originem: quem in Proleg. pag. 173. adpellat *vesanum* tom. I. pag. 280. sq. negat, eum diligentem fuisse in notandis locis S. S. etiam tum, quum data opera locum explicaret; p. 292. vocat eum hominem leuem, confusum et furiosum, coryphaeum recentissimorum N. T. criticorum, etc.

Ab hoc Origene, christianae disciplinae adsecla, distinguendus est *Origenes*, a christianis sacris alienus, Ammonii discipulus et Longini magister. v. *H. Valesius* ad Eusebii H. E. VI. 19. *Huetius* Origeniam. I. 7. *Rubnken* in diss. de vita et scriptis Longini, §. V. pag. 10. sqq. vbi de illo Origene plura disputat.

At hactenus de *Origene*, de quo plura tradunt aliosque laudant scriptores, *Fabricius* in Biblioth. gr. Vol. V. pag. 213. sqq. Catal. Bünau. tom. I. vol. II. p. 179. sq. — *Brucker* in histor. crit. philos. Tom. II. pag. 216. sq. Tom. III. pag. 428. sqq. in Adpendice, p. 542. sqq. *Saxii* Onom. I. pag. 358. sq. et p. 586. *Hamberger* in Z.N. Vol. II. pag. 574. sqq. adde *Simons* Kritische Schriften über das N. T. erster Theil. etc. Halae 1776. 8. pag. 634. sqq. ibique notas Semleri. — De versione *Syri*, et quam ediderunt Villoison atque Ammon, supra disputatum est.

§. 3.

DE LIBRIS APOCRYPHIS, QVI CODICI SACRO ADDI SOLENT, QVAMVIS NON SINT DIVINAE ORIGINIS ATQVE AVCTORITATIS

1. Historia *Maccabaeorum* siue *Hassamonaeorum* vel *Chasmonaeorum* primo libro et parte secundi comprehensa incidit in annum mundi 3838. ante Christum natum 163. vrbis conditae 587. — Libri duo Maccabaeorum, interprete *Victorino Strigelio* Lipsiae 1571. aliter titulum indicat *Masche* in bibl. sacra, sect. II. pag. 427. — Germanicam libri II. Maccab. versionem edidit *Io. Godofr. Hasse* 1786. et in excursibus, qui octo sunt, et in quibus ille Wernsdorfium est vt plurimum sequutus, de nomine caussaque, cur libri Maccabaeorum dicti sint, de historia satisque libri II. egit statuitque, graece a Iudaeo quodam Aegyptiaco, eo ipso, qui librum sapientiae dedisset circ. a. ante Chr. N. 150. scriptum esse, conf. nouas

uas ephem. litter. Lipfiens. plag. 101. 102. a. 1786. *Eichhornius* in bibl. part. I. pag. 233. probatum iuit, initium libri cap. I — II. 18. ab alio auctore additum effe. – Verfionem libri tertii Maccab. germanicam confecit D. *Ioach. Circemberger*, Wittebergae per Vit. Creutzner f. Crucigerum, 1554. 8. – *Faffini*, Prof. theol. Pifanus in libro, fupra, pag. 54. ad Iofephum memorato, canonicam libri I. Maccab. auctoritatem defendere fuftinuit, vfus leui argumento, quoniam auctor libri numine diuino adflatus fcripfiffet: at reliqui fcriptores, Alexandri eiusque teftamenti mentione facta, illam imperii diuifionem ignorant. —— Fidem et diuinitatem librorum de Maccabaeis tueri quoque conatus eft *Panel*, S. I. in: Remarques fur les premiers verfets du premier livre de Maccabées etc. fiue Adnotatt. in primos verfus primi Maccab. libri, f. differtatione de numo Alex. M. Valentiae 1753. 4. cum interpretatione hispanica e regione pofita: cuius opufculi argumentum atque examen legi poteft in Relationibus de libris nouis, tom. III. fafcic. X. Gottingae 1754. 8. p. 557, fqq. — Sed *voθείαν* horum et reliquorum librorum apocryphorum iam vberius demonftrauit et argumenta Bellarmini aliorumque examinauit atque refutauit D. *Chriftian. Kortholt* in Tractatu de canone S. S. Roberto Card. Bellarmino, huiusque defenfori, Iacobo Gretfero, et vindicatori nupero, Vito Erbermanno, Iefuitis, oppofito. Roftoch. 1665. 4. — *Giambernardo de Roffi* differtazione della lingua propria di Chrifto et degli Ebrei nazionali delle Paleftina da' tempi de' Maccabei. Parmae. 1772. 4. —— Verfionem librorum Maccab. latinam ita, vt fyno-

pſin quamdam eorum harmoniamue concinnaret, cl. *Io. Melchior Faber*, Profeſſor et Rector Gymnaſii Onoldini, conficere, iisque locis, qui ab interpretibus vel praetermiſſi vel minus recte intellecti viderentur, notas adſpergere nuper inſtituit in program I. *Harmonia Maccabaeorum*, Onoldi 1794. 4. Hiſtoriam illorum librorum criticam et controuerſias de illorum fide diuina inter Catholicos et Proteſtantes agitatas docte copioſeque expoſuit, quamquam nimio contradicendi ſtudio a veri regula interdum aberraſſet, *Gottlieb Wernsdorf*, Profeſſor quondam Dantiſcanus, in commentatione hiſtorico-critica de fide hiſtorica librorum Maccabaicorum, qua Eraſmi Froelichii annales Syriae eorumque prolegomena ex inſtituto examinantur, plurima loca librorum Maccab. aut illuſtrantur aut emendantur, itemque chronologia Syriaca et Iudaea paſſim corrigitur, Wratislauiae 1747. 4. Cui oppoſita eſt: Auctoritas vtriusque libri Maccab. canonico-hiſtorica aſſerta, et Froelichiani annales Syriae defenſi aduerſus comment. hiſt. crit. viri eruditi Gottl. Wernsdorf, cuius inaniae et offuciae paſſim deteguntur a quodam ſocietatis Ieſu ſacerdote, Viennae Auſtr. 1749. 4. conf. *Clemmii* Einleitung in die Religion Vol. II. §. 179. *Wernsdorf*. Prof. Helmſtad. praef. ad Himerii Opera, Gottingae 1790. pag. 18. 22 ſqq. vbi libros, huc pertinentes et controuerſiam fratris ſui cum Froelichio de illorum librorum fide et auctoritate habitam, copioſe recenſet. — Primus liber eſt hiſtorico perquam vtilis, id quod pluribus demonſtrauit I. D. *Michaelis* in: Deutſche Ueberſetzung des erſten Buchs der Maccabaeer, mit

mit Anmerkungen, Gottingae et Lipſiae 1777. 4. Is praeter ea iudicat et probat, auctorem primi libri ſub initium regiminis Ioannis Hyrcani vixiſſe, et ſcripſiſſe hebraice. Adde *Saxii* Onomaſt. liter. pag. 125. ſq. et 555. *Fabr.* B. Gr. vol. III. p. 745. ſqq. vbi quoque de lib. II. et. III. Maccab. a Fabr. et Scharfenb. disputatur.

2. Eusdem aetatis eſſe videtur cel. Saxio l. m. *fabula* Iudaeorum *dramatica Iudith:* incerti vero temporis libellus *Tobiae.* — De libello *Iudithae* egerunt et veritatem hiſtoriae defendere conati ſunt *Bernard. de Montfaucon* in: La Verité de l' Hiſtoire de Iudith, Paris. 1690. 12. *Calmet* praef. ad librum Iudith; *Io de la Neuville*, S. I. in gallica illius libelli editione, notis illuſtrata, et reliqui, qui catholicam, quam vocant, profitentur doctrinam ac diſciplinam. Illam vero ſententiam oppugnare ſolent atque reiicere Proteſtantium nomine inſigniti. Sic *Io. Chriſtoph. Artopoeus*, in Argentoratenſi olim vniuerſitate doctor publicus, ſcripſit Meletema hiſtoricum, quod narratio de Iuditha et Holoferne non hiſtoria ſit, ſed Epopoeia, Argentor. 1694. 4. rec ibid. 1700. *Phil. Iac. Hartmann* in diſſ. an liber Iudith contineat hiſtoriam, Regiomont. 1671. et alii apud Fabricium pag. 736 ſq. vbi quoque pag. 738. ſqq. et in *Eichhornii* allgem. Bibl. der bibl. Litterat. tom. II. pag. 431. ſqq. qui duplicem fuiſſe cenſet textum, quem dicunt, originalem; graecum alterum, cui Syriaca et vetus latina ante Hieronymum accedat; alterum latinum vulgatae editionis, de libro *Tobiae* eius editt. ac verſionibus etc. vberius diſſeritur.

3. Librum, cui index est *Sapientia Salomonis*, a Salomone *) non esse scriptum, clare patet: atque doctiss. *Faber*, Professor et Rector Gymnasii Onoldini, qui in sex prolusionibus illum libellum acute explicuit, in quinta ostendit, probabilem auctorem esse Zorobabel; atque in vltima, (1777.) probatum it, primum in lingua chaldaica conscriptum, dein in linguam graecam translatum esse libellum. Inde vero liticula quaedam inter illum et Hassium, in praesenti Professorem Regiomontanum, orta est. A posteriore enim edita est versio: *M. Io. Gottfried Hasse Salomo's Weisheit, neu übersetzt mit Anmerkungen und Untersuchungen*, Ienae 1784. 8. Is vero euincere studet, auctorem libri fuisse philosophum quemdam iudaicum, librum ipsum primum nec hebraice, nec chaldaice, sed graece et quidem tempore regum Aegypti, ex graeca stirpe ortorum, post regem Ptolemaeum Euergetam, circiter CC. an. ante Christum natum; neque adeo a Salomone, neque a Sorobabele, neque a Philone iuniore; sed probabiliter graece atque in Aegypto a Philone iuniore esse scriptum, postea autem in linguam translatum et syriacam et arabicam. Idem V. D. inquirit, num auctor dogmata et praecepta vitae in hoc libello hauserit ex Cabbala, et num liber integer ad nostram peruenerit aetatem; denique disserit de pretio atque vtilitate libri. — Enimuero cl. *Faber*

*) Cui etiam tribuit *Nic. Hieron. Gundling* in Obseruatt. Halens. V. 13. Sed refutatus a *Laur. Reinbardo* in diss. qua librum Sapientiae non esse canonicum, neque a Salomone conscriptum, probatur. Witteb. 1719.

Faber caussam suam nondum deseruit; immo potius contra cl. *Hassii* obiectiones fortiter tueri et sagaciter amplificare coepit in progr. *Super libro Sapientiae*, P. II. sect. I. 1786. 4. — Cl. *Hassius* autem acriter defendit suam sententiam et pro contextu graeco dimicauit in Magazin für bibl. oriental. Litteratur etc. Regiomonti 1788. adde Fabric. l. c. ibique Scharsenberg, pag. 727. sqq. vbi aliorum sententiae, commentarii atque editiones recensentur. Hic memorare atque addere iuuat scripta quaedam: *Andreae Schuberti* diss. praeside *Gottlieb Wernsdorfio*, Doct. et Prof. quondam Wittebergensi, habita, inscripta: quod liber Sapientiae et Ecclesiasticus pro canonicis non sint habendi contra G. Arnoldum repetita orthodoxorum sententia idoneis argumentis demonstrauit, Wittebergae 1702. rec. 1728. 4. — Primo enumerat et examinat diuersa variorum iudicia de illorum opusculorum auctoribus; tum de illorum auctoritate disputat. — *Sophia Salomon*, das ist, das Buch der Weisheit Salomonis, (graece,) welches durchgehends mit gleichen Schriftstellern, Summarien, variantibus lectionibus, wie auch mit grammaticalischen, philologischen und moralischen Anmerkungen versehen ist. — von *Gottfried Schuband*, Lycei Burg. Conrect. Magdeburg et Lipsiae 1733. 8. — *Salomonische Denkwürdigkeiten*: als Anhang; *das Buch der Weisheit*, übersetzt und durch Anmerkungen erläutert von *I. F. Kleucker*, Rigae 1785. 8. Kleucker, auctorem, sentit, in Aegypto sub Ptolemaeis vixisse, et disciplinis quibusdam philosophiae gentilis, mysteriorum, aliorumque rituum festorumque sacrorum fuisse imbutum

tum

tum. Primum graeca lingua librum esse scriptum, iudicat, cum propter stili bene graeci atque elegantis rationem, tum quoniam vestigia versionis e lingua hebraica factae non exstent neque cognoscantur.

4. *Iesus*, siue *Iason* circit. a. M. 3860. ante C. N. 143. a. V. C. 609. aui sui Siracidis Panaretum, qui etiam vocatur *ecclesiasticus*, et *Sirach*, de Ebraeo Graecum fecisse videtur cl. *Saxio*, quem vide in Onom. liter. I. pag. 137. Separatim editus est graece a *Ioachimo Camerario*, cum adnotationibus, Basil. 1551. 8. — postea textum iterum recensuit, (vt ipse profitetur in praefat. fol. 6.) et inscripsit: *Sententiae Iesu Siracidae*, graece, summa diligentia et studio singulari editae, cum necessariis notationibus *Ioachimo Camerario*, Pabep. autore. Lipsiae 1568. 8. Longam epistolam nuncupatoriam excipit graecus contextus. Hunc sequuntur a pag. 140 Camerarii adnotata, quae partim ad lectionem eiusque discrepantiam pertinent, partim, eaque maximam partem ad exegeticam interpretationem, collatis quoque aliorum cum diuinorum tum humanorum sententiis. Adnotationibus illis cum indice finitis sequitur versio latina, cum peculiari epigraphe: *Sapientia Iesu filii Sirachi*, siue liber de vniuersa virtute, interpretatione latina expositus a *Ioach. Camerario*, cum quorundam locorum notatione, (grammatica.) Lipsiae 1568. Epistola nuncupatoria scripta est die XX m. Nou. a. 1567. — graece et lat. cum castigationibus Io. Drusii, Franecker. 1596. 4. — gr. et lat. cum notis criticis Dauidis Hoeschelii, Augustae Vindel. 1604. 8. — *Iesu des Sohns*

Sohns Sirach, neu überſetzt mit erläuternden und kritiſchen Anmerkungen verſehen von *I. W. Linde*: herausgegeben, und mit einer Anmerkung begleitet von *Aug. Hermann Niemeyer*, Prof. der Theologie in Halle. Lipſiae. 1782. 8. Multa loca partim ex notis ſubſidiis, partim ex coniectura ſanauit et correxit. — *Die Weisheit Ieſu, Sirachs Sohn*, aus dem Griechiſchen mit erläuternden Anmerkungen, (von *H. I. Ononymus.*) Würzburg. 1786. 8. — M. *Sonntagii* comment. de Ieſu Siracide eccleſiaſtico, non libro, ſed libri farragine. Rigae 1792. 4. de qua, aliisque edd. verſionibus et commentariis eccleſiaſtici v. Fabr, l. c. p. 719. ſqq.

5. Oratio *Manaſſis*, cuius mentionem primus feciſſe, et vero auctor ipſe fuiſſe Fabricio videtur Pſeudo-Clemens in Conſtitutionibus apoſtolicis cap. 22.

6. Librum, ſub nomine *Baruchi* ſuperſtitem, incerti auctoris, incertaeque aetatis atque fidei eſſe criticus ſobrius haud facile negabit.

7. De his omnibus, et reliquis ſcriptoribus, qui non fuere in Canone Hebraeorum primorumue Chriſtianorum, et tamen a nonnullis canone digni viſi, pluribus disputant Eichhornius et Maſchius l. c. in primis *I. A. Fabricius* in B. Gr. Liber III. 14. pag. 718. ſqq. Vol. III. Idem edidit coniunctim libros *apocryphos*:

Liber Tobiae, Iudith, oratio Manaſſae, ſapientia et eccleſiaſticus, graece et lat. cum dictis ſcripturae parallelis, tabulis ſynopticis Heideggeri, et prolegomenis *M. I. A. Fabricii.* Orationi Manasſeae ſubiecta eſt duplex poetica metaphraſis et

et ad calcem Ecclesiastici positum duplexAlphabetum Ethicum Ben Sira, Francof. et Lipsiae 1691. 8. — Libri apocryphi separatim quoque editi sunt a *G. I. Henckio*, Halae 1711. 8. qui loco praefationis addidit *introductionem ad libros apocryphos*, quae deinde seorsum prodiit ibid. 1718. 4. — Libri apocryphi, ex exemplo Breitingeriano, Halae 1749. 12. — De apocryphis v. quoque *Er. Benzelii* syntagma dissertatt. a Kappio collectarum, Francof. et Lipsiae 1745. tom. I. p. 297. sqq. — *Christ. Sonntagii* diss. de allegatis apocryphis in codice IIII. Euangelistarum. Altdorf. 1716. 4. — Specimen exercitationum criticarum in V. T. libros apocryphos e scriptis patrum et antiquis versionibus dedit *Bendtsen*, Hafniensis, Göttingae 1789. m. 8. Patres sunt potissimum Origenes, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Athanasius, Theodoretus: reliqua autem subsidia fuerunt variae τῶν LXX. editiones, nec non latina, syriaca et arabica versiones: plurimis libris praemissae sunt criticae introductiones. conf. doctam censuram in A. L. Z. a. 1790. m. Dec. n. 370. pag. 669. sqq. — De dialecto Alexandrina, ratione simul habita versionis librorum V. T. graecae, doctas scripsit commentatt. IV. *Frid. Wilh. Sturz*, Lipsiae et Gerae 1786. sqq.

Coelest. Bauer in disput. sub praesidio *Thom. Holzclau*, Theol. D. et Prof. Wirceburg. 1777. habita, vulgarem Catholicorum sententiam de canonica illorum libellorum auctoritate tuitus, coniecit, duplicem olim fuisse recensionem libellorum Tobiae et Iudith; vnde diuersitas lectionum apud LXX. et in Vulgatis Bibl. posset intelligi.

Die

Die Teſtamente der zwölf Patriarchen, nebſt einer Beſchreibung einer Handſchrift der lateiniſchen Ueberſetzung dieſer Schrift von M. *Georg. Veeſenmeyer* in: Beyträgen zur Geſchichte der Litteratur und Reformation, Vlmae 1792. 8. nr. 1. Contra Grabium contendit Veeſenm., auctorem fuiſſe Iudaeo-Chriſtianum ex ſecta Nazaraeorum, et adfirmat cum Caueo ac Dodwello, ſcriptum fuiſſe opus ſaeculo ſecundo: adiecit indicem editionum, et variarum lectionum collectionem ex tribus prioribus teſtamentis inſtituta, cum obſſ. litterariis atque criticis. — Teſtamentum iſtud, Pſalmum CLI. Pſalterium Salomonis et alia ſuppoſititia ſpuriaque Adami, Henochi etc. opuſcula collegit, gr. ac lat. edidit doctisque tam ſuis quam aliorum commentationibus notisque illuſtrauit I. A. Fabricius in Opere, inſcripto: *Codex Pſeudepigraphus veteris Teſtamenti*, collectus, caſtigatus, teſtimoniisque, cenſuris et animaduerſionibus illuſtratus a *Io. Alberto Fabricio*, S. S. theologiae D. et Profeſſore publico in Gymnaſio Hamburgenſi. Editioni huic ſecundae accedit volumen alterum, ſeparatim excuſum. Hamburgi. 1722. 8.

Denique memoranda ſunt Lexica: *Io. Chriſtiani Biel* nouus theſaurus philologicus, ſ. Lexicon in LXX. et alios interpretes et ſcriptores apocryphos V. T. ex b. auctoris msto edidit ac praefatus eſt *E. H. Mutzenbecher*. Hagae Comitum. tom. I. II. 1779. — tom. III. 1780. mai. 8. — Lexici in interpretes graecos V. T. maxime ſcriptores apocryphos ſpicilegium, poſt Bielium, congeſſit et ſcripſit *Io. Frid. Schleusner*. Lipſiae 1784. mai. 8.

CAPVT

CAPVT III

DE NOVO FOEDERE EIVSQVE AVCTORE ΘΕΑΝΘΡΩΠΩ, ET SCRIPTORIBVS NVMINE DIVINO ADFLATIS

Latiſſimus patet campus, quo quis vtiliter excurrere et ſumma cum voluptate diutiſſime quaſi ſpatiari poſſit. Ego vero, quoniam Pritius, Hoffmannus, Rumpaeus, Simonis, Profeſſor quondam Halenſis, Michaelis, Richard Simon, Semlerus, viri, laude mea ſuperiores, aliique otium mihi fecerunt; percurram tantummodo atque hinc inde flores decerpam: praecipue quum Simonis in Introductione in linguam graecam, ſectione XI. ea, quae tironibus, ſcitu neceſſaria viderentur, adfatim expoſuiſſet, atque *Hofmannus* in animaduerſ. et diſſertationibus ad I. Georg. Pritii Introductionem in lectionem N. T. etc. Lipſ. 1764. 8. et *Iuſtus Weſſel. Rumpaeus* in Commentatione critica ad libros N. T. in genere, Lipſ. 1730. rec. 1757. 4. in primis *Michaelis* in vberrima Iſagoge, Einleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes

Bundes, Vol. I. II. Gottingae 1777. 4. *) collegissent omnia, et vel acutioribus, harumque rerum cupidis, peritisque lectoribus satisfecisse mihi quidem viderentur, magna praeterea librorum varii generis, qui huc pertinerent, copia ab illis excitata, et sub examen vocata: eo breuior esse potero, quo in maiorem molem iam praeter opinionem et consilium excreuit libellus iunioribus litteraturae graecae studiosis potissimum destinatus. Neque tamen me spero ἀσύμβολον esse discessurum. — Nubem eorum, qui de Sotere nostro, de Apostolis discipulisque et codice N. T. egerunt, aut libros sacros interpretati sunt, excitauit cl. *Saxius* in Onom. litter. tom. I. pag. 210. sqq. et pag. 215 — 234. item pag. 569. sq. et 570. sqq. Multa quoque docte collegerunt et disputarunt *I. A. Fabricius* in B. Gr. vol. IIII. atque cell. *Keil* et *Kunoehl* in supplementis ad illud: at, dum haec scribo, nondum omnes plagulae, in quibus caput de nouo testamento a viris illis eruditis pertractatum est, praelo

*) Quarta eaque auctior editio prodiit Gottingae 1788. 4. II. voll. Illa Michaelis indroductio in linguam translata est anglicam: *Introduction to the new Testament by Iohn Dauid Michaelis translated from the fourth Edition of the German, and considerably augmented with Notes explanatory and supplemental. By Herbert Marsh*, B. D. Fellow of St. Iohn's College: *Cambridge* vol. I. part. I. et II. containing the Translator's Notes to the first volume: Vol. II. partt. II. 1793. m. 8. Haec duo volumina continent primum operis germanici volumen: Marshii autem additamenta, quae insignia esse dicuntur, a cl. M. Rosenmüllero in linguam germanicam conuertentur.

praelo exierunt; faltem in manus meas nondum peruenerunt. Nuper demum Ifagoge in N. T. ab *Haenleinio* noftro, Theologo Erlangenfi cel. confcripta omnique laude digna lucem videre coepit: *Handbuch der Einleitung in die Schriften des neuen Teftamentes, von Heinr. Carl. Alexander Haenlein.* tomus I. et tomi II. partic. I. Erlangae 1794. ad quem vtiliffimum librum lectores, praecipue iuniores facrarum litterarum cultores, ablego. Primum vero quaedam vniuerfim; deinde de fingulis N. T. libris et auctoribus fpeciatim difputaturus fum.

§. 1.

PRAELIMINARIA

1. Infcriptio librorum, qui vno in corpusculo a multis inde annis comprehendi folent, et quorum origo communi peritorum piorumque hominum confenfu habetur diuina, eft ἡ καινὴ διαθήκη, quae vulgo redditur *nouum teftamentum*, *) et *nouum foedus*; at melius et curatius, *noua religionis forma*, vel *noua oeconomia diuina*, v. cel. *Rofenmulleri*, mihi amiciffimi, fcholia in N. T. pag. 1. et eiusdem comment. de vocabuli διαθήκη in libris N. T. vario vfu. Erlangae 1778. 4. Illos autem libros, quamuis e fonte puriffimo fluxiffent, deumque ipfum habeant auctorem ducemque, impietas tamen humana manusque impurae et mentis, vanis falfisque opinionibus occupatae atque obfufcatae, coecitas, intactos haud reli-que-

*) Conf. *Iablonskii* difput. de genuina et propria fignificatione τῆς διαθήκης in fcriptis N. T. Francof. ad Viadrum 1733.

querunt; e contrario opprobriis, quin imo verbis in deum ipsum ignominiosis proscisos turpiter et scelеste commacularunt. Namque fuerunt omni fere memoria, qui non solum diuinum in illis negarent, sed etiam, nescio quae? falsa absurdaque deprehendisse sibi scilicet viderentur. At enim numquam defuerunt viri boni, prudentes doctique, qui illorum conuiciis occurrerent, atque veritatem, fidem diuinamque librorum N. F. auctoritatem equis viris ita defenderent et aduersarios ingenio, eoque haud limato, magis abundantes, quam ab iudicii acie litterarumue copia instructos verique amore ductos ita adgrederentur, eorumque impetus ita contunderent, vt paene deuicti, vel plane quiescere, vel toties refutata tantum resumere et recoquere cogerentur. Indicia enim tam interna, quam externa, consensus antiquitatis aliaque argumenta integritatem diuinamque originem satis superque declarant, atque comprobant. Atqui Lardner, Michaelis, omnesque, qui veritatem doctrinae et disciplinae christianae propugnarunt, aut commentarios in singulos N. T. libros conscripserunt, in primis cel. *Lessius* in Wahrheit der christlichen Religion, ed. 2. Bremae 1773. 8. atque *Haenlein* l. c. tom. I. cap. 2. 3. et 4. fidem atque auctoritatem et integritatem N. T. diuinam copiose, plene docteque vindicarunt ab aliorum dubitationibus atque iniuriis. Vtilis etiam, quamquam hodie non satis notus liber est: *Conradi Horneii*, Prof. quondam in Vniuers. Helmstad. de sacris et diuinis scripturis tractatus theologicus, quo vera antiqua et catholica doctrina de auctoritate, canone, sufficientia et inter-

 pre-

pretatione ſcripturae, octo disputationibus aduerſus Pontificios, et in primis Bellarminum, Gretſerum, Becanum, Huntlaeum et alios denuo adſeritur ac defenditur, Helmſtadii 1632. 4. in quo etiam de LXX. et reliquis V. T. interpretibus, librisque apocryphis agitur. Adde *Erneſti* Inſtitut. interpretis N. T. Part. II. Cap. I. de libris N. T. eorumque αὐϑεντίᾳ, integritate etc. *Semleri* Inſtitut. breuior. ad liberalem eruditionem theologicam, Libr. III. Halae 1767. pag. 28. ſqq.

2. Lingua eſt graeca quidem; at non omnino illa Attica, ſed hebraiſmis pleniſſima: h. e. forma et dictio ex V. T. hebraico et LXX. interpretum verſione graeca eſt deſumta: multisque vocabulis alia ſignificatio haeret, ac graecis profanis ſcriptoribus vſitata fuit ac ſollemnis. Ab vtraque autem parte peccatum eſt: tam ab iis, qui cum Gatakero, Vorſtio *) et Leusdenio, **) aliisque nihil, niſi hebraismos, aut aliarum linguarum proprietates aut vitia ſermonis vidiſſent; quam ab Pfochenio, Georgio, (in Hierocritico N. T. Witteb. 1733.

*) *Io. Vorſtii* de hebraismis V. T. comment. Acceſſere praeter eiusdem cogitata de ſtilo N. T. et diatribea de adagiis N. T. Horatii Vitringae animadu. ad comment. de hebraismis N. T. curauit *Io. Frid. Fiſcherus*, Lipſiae. 1778. 8. Idem *Fiſcher* edidit ſupplement. ad Vorſtium de hebraism. N. T. Lips. 1791. et 1792. ſpecim. III.

**) *Leusden* in philolog. hebraeo. graeco, diſſ. XI. XV. contraxerat Vorſtii opus: eam epitomen *Leusdenii* de dialectis N. T. ſingulatim de eius hebraismis libell. ſingul. iterum edidit, indice et docta praefat. ornauit *I. F. Fiſcher*.

1733. 4.) aliisque, qui ſanctos ſcriptores, ſibi perſuaſiſſent, omnia pure, eleganter, et ad exemplum atticorum, ceterorumque primi ordinis auctorum profanorum ſenſa animi expreſſiſſe. *) De lingua quoque *Helleniſtica* magna lis, eaque, opinor, vana, nec valde vtilis orta eſt inter Heinſium et Salmaſium eosque, qui ab alterius vtrius partibus ſteterunt. Si quis aut nationem, quae vſa fuiſſet peculiari graeco dicendi genere, aut peculiarem graecam dialectum intelligit, eamque helleniſticam vocat, tunc nego, linguam eſſe helleniſticam. Contra, ſi quis illam dicendi rationem ex lingua hebraica et graeca mixtam, quae Iudaeis inter ἕλληνας viuentibus ab educatione, conſuetudine, vſuque tam hebraici codicis, quam verſionis τῶν LXX. propria quaſi fuit et vulgaris, Helleniſticam dixerit, equidem non adeo diſſentirem. v. *M. Io. Theodori Leubſcheri* diſſ. de lingua N. F. helleniſtica. Witteb. 1691. — Nubem vero librorum, in quibus ab vtraque parte eſt diſputatum et peccatum, iam excitarunt *Fabricius* in B. Gr. l. m. §. 22. *Rumpaeus* in comm. crit. ad N. T. §. 25. *Simonis* in Introductione etc. pag. 215. ſqq. et *Michaelis* in Einleitung etc. §. 16. vid. quoque *Balthas. Stolbergii* — de Soloecismis et barbarismis graecae N. F. dictioni falſo tributis,

*) Conf. *Rhenferdi* ſyntagma diſſertation. philologico theologicatum de ſtilo N. T. Leoward. 1702. 4. *Van den Honert* ſyntagma diſſ. de ſtilo N. T. graeco Amſtel. 1703. 4. Veſtigia dialecti Alexandrinae aperuit cl. *Sturz* in commentatt. ſupra laudatis de dialecto Alexandrina. *I. Dau. Fellteri* diſſ. fata ſtili N. T. Wittebergae 1739. 4.

vt et de Cilicismis aliisque a. D. Paullo noue vsurpatis. — cum praef. C. Sam. Schurzfleischii, Witteberg. 1685. 4. — *Io. Olearii* de stilo N. T. — cum notis *I. Conr. Schwarzii*, Coburgi. 1721. 8. *Richard Simons* critische Schriften über das N. T. in parte prima, ex interpretat. *Crameri* theotisca, Halae 1776. 8. cap. 27. sq. pag. 594. sqq. et cap. 26. de stilo N. T. De lingua, qua quidem libri, euangelium Matthaei, epistolae ad Hebraeos et Iacobi, consignati dicuntur, suo loco videbimus. *Harduini* autem opinio, in illius commentario in N. T. Haagae Com. 1741. exclusa, contextum N. T. originalem fuisse latinum, et eum, quem nunc habemus, graecum fuisse versionem, satis explosa est et refutata a *Baumgartenio* in Vindiciis textus graeci N. T contra Harduinum, Halae Saxon. 1742. 4. et *Michaelis* l. c. pag. 107. sqq. adde *Haenlein* l. c. part. I. pag. 327. sqq. Denique scriptores N. T. auctores *classici* dici possunt eo sensu, quod omnibus libris humanis praestant vtilitate, sapientia, dignitate atque auctoritate, vnicuique homini sunt quam maxime salubres, et fundamentum salutis nostrae aeternae praeceptaque vnice vera sobriaque ad bene, beateque viuendum complectuntur. Neque vero *classici* dici possunt sensu, vt ita dicam, scholastico, h. e, qui in scholis inferioribus multum, aut vnice tractari debeant, aut a quibus primordia linguae omnisque eruditionis graecae sint capienda. De qua quidem controuersia in Opusculis varii argumenti pag. 15. sqq. iam pluribus disserui: cum primis *Michaelis* in Isagoge sua, Vol. I. §. 30. pag. 196 — 205. s. ed. IV. pag. 213 — 223. vanitatem et per-

perniciem vulgaris opinionis atque consuetudinis adeo patefecit, vt is, qui non videret, peruersumque immo vero religioni et litteris periculosum vsum non abrogaret, sine vlla spe curationis coecutiret.

3. De *canone* siue collectione, indice et *catalogo* librorum sacrorum, qui hodie τὴν καινὴν διαθήκην conficiunt, eiusque auctore, aetate et iure neque inter veteres, neque inter recentiores conuenit. De plurimorum fide, sinceritate atque auctoritate omnis antiquitas consentit; at epistolae Iudae; II Petri, secunda et tertia Ioannis; in primis Ioannis Apocalypsis vel dubiae, vel subleftae fidei, vel plane suppositae omni memoria haud paucis videbantur. *) Diuersas diuersorum sententias hic recensere, easque sub examen vocare, aut omnes controuersias inde ortas, ac saepius acriter iustoque vehementius agitatas, atque auctores illis implicitos enarrare, nec breuitas, nec instituti ratio patitur. Post Ioannis autem obitum catalogum illum ingenuorum diuinorum librorum, qui a fictis et adulteratis discernerentur, esse confectum, et Paullum apographa epistolarum suarum, quae cum omnibus coetibus christianis communicarentur, omnique traderentur posteriati, manu sua signasse, et subscripsisse, veri

 simile

*) *Cosmas Indopleusta* in topographia christiana perperam tradit, epistolas catholicas iam inde a priscis temporibus inter dubias a coetu christiano reponi: cuius sententiam refellit *Montfaucon* in praef. ad topographiam christianam, cap. V. notante *Bandinio*, in catal. codd. gr. Laurent. tom. I. pag. 440. not. 4.

ſimile mihi quidem eſſe videtur. E multis eorum, qui in inquiſitione et finitione *canonis ſacri* verſati ſunt, nominari poſſunt *Io. Gerhardi* loci theologici a Io. Frid. Cotta Theol. Tubingenſi denuo editi, docteque illuſtrati, 1762. 4. tom. I. pag. 1. ſq. et tom. II. Cap. IX. et X. p. 184 — 245. vbi ſinguli libri N. T. pertractantur, Cap. XI. de apocryphis N. T. libris, Cap. XVI. de integritate textus graeci in N. T. et Cap. XXIV. de verſionibus ſcripturae ſacrae. *Chriſtiani Kortholti*, S. Theol. D. et P. P. de canone Scripturae S. tractatus, Roberto Card. Bellarmino, huiusque defenſori Iac. Gretſero, et vindicatori nupero, Vito Erbermanno, Ieſuitis oppoſitus. Roſtochii 1665. 4. cap. XVI — XIX. pag. 323. ſqq. de quibusdam librorum Marci, Lucae, Ioannis; de epiſtola ad Hebraeos et de epiſtola Iacobi, Iudae, ſecunda Petri, ſecunda et tertia Iohannis. — D. *Io. Ens* bibliotheca ſacra, ſ. diatribe de librorum N. T. canone; qua primae ſacrorum N. T. librorum collectionis hiſtoriam ex antiquitatibus eccleſiaſticis depromit, atque canonem nunc vulgo receptum continere vetuſtiſſimam et genuinam illorum recenſionem oſtendit. Amſtelod. 1710. 8. — Canon S. Scripturae ſecundum ſeriem ſaeculorum N. T. collectus, notisque illuſtratus a *Gerhardo von Maſtricht* reipubl. Bremenſis ſyndico: in Bibl. hiſtor. philol. theologica Bremenſi, claſſis VII. faſc. I. pag. 1. ſqq. Primum recenſentur patres eccleſ. (initio a Melitone, epiſcopo Sardenſi facto,) concilia, collegia etc. quo quis ordine libros vtriusque foederis poſuerit: dein ſequuntur doctae Maſtrichtii notae de hoc argumento. — *Humfredus* quoque

que *Hodius* in libro: de bibliorum textibus originalibus, Oxon. 1705. fol. lib. IV. cap. 4. pag. 644. ſqq. dedit CXXXV, ſchemata, in quibus libri biblici diuerſo ordine ac numero in codd. hebraicis, graecis, orientalibus et latinis ſunt collocati. — *Io. Frickii* commentatio theologico-critica de cura eccleſiae veteris circa canonem ſacrae ſcripturae, et conſeruandam codicum puritatem, Vlmae 1728. 4. cap. III. et IV. pag. 86. ſqq. — *Car. Chriſtiani Neſtel* Vernunftmäſiger Beweiſſ des Alterthums, der Wahrheit und der Göttlichkeit der Schriften des A. und N. Teſtaments etc. Lipſiae 1733. 8. part. II. cap. 2. pag. 32. ſqq. — *Iac. Chr. Iſelii* de canone N. T. meditationes, (fragmenta ſunt,) in Miſcell. Groning. tom. III. Groningae 1740. *Horneii* libr. iam in §. 1. laudaui. *Eberhardi Henrici Stoſch* commentat. hiſtorico-criticam de librorum N. T. canone, praemiſſa eſt diſſertatio de cura veteris eccleſiae circa libros noui teſtamenti, Francof. ad Viadr. 1755. 8. Is pag. 103. ſqq. quorumdam hominum doctorum de canonis N. T. conſtitutione recenſet, p. 144. ſqq. canonem illum iam ſub initium ſaeculi II. apud plerasque ſaltem et florentiores eccleſias exſtitiſſe, eumque omnes illos libros complexum eſſe, quibus nunc abſoluitur, quamuis a quibusdam eccleſiis, quo quidam in canonem relati eſſent, dubitatum fuerit. — *Henr. Guil. Clemmii* Einleitung in die Religion Vol. II. §. 109. ſqq. — Sammlung vermiſchter kleiner Schriften, Wismar. et Butzow. 1773. 8. Part. VI. nr. I. — Sub nomine *Freret* poſt huius mortem Geneu. 1767. prodiit quidem *Examen critique des Apologiſtes de la reli-*

religion chretienne, in quo libro ineptiarum pleno auctor historicam fidem narrationum de Christo, quas praecipue quatuor Euangelistis debemus, sub examen vocat, atque euertere conatur: eius tamen impios et temerarios impetus contundere studuit *F. Vincent. Fassinius*, ord. Praedic. in Pisana academia sacrarum litterarum P. P. qui de apostolica origine euangeliorum ecclesiae catholicae librum singularem aduersus Nic. Freretum edidit, Liuorn. 1775. 4. auctor docte quidem, at non vbique satis luculenter pleneque refutare aduersarium placitisque suae ecclesiae nimis indulgere videtur censori in Gotting. ephemerid. litterar. supplem. 19. 1777. — L'autorité des livres du Nouveau Testament contre les Incredules, par Mr. l'Abbé *du Voisin*, Docteur, Professeur de Sorbone et Censeur royal. Paris 1775. mai. 12. Vulgari ratione libros N. T. in duas partitur classes, quarum prior continet eos, qui ab ecclesia semper habiti sunt germani et canoni SS. adnumerati, posterior vero eos, de quorum auctoritate diuina aliquamdiu dubitatum fuit. — *Less* in Wahrheit der christlichen Religion §. 3 — 11. post Lardnerum antiquissimorum scriptorum christianorum de singulis libris N. T. testimonia recenset. Eamdem viam ingressus est D. *Christian. Frid. Schmid*, in historia antiqua et vindicatione canonis sacri V. et N. testamenti, Lips. 1775. 8. Adde *I. Salom. Semleri* Institutionem ad doctrinam christianam liberaliter discendam, Halae 1774. §. 93. *Michaelis* Isagogen etc. pag. 92. sqq. et alibi. *Pritii* introduct. in lectionem N. T. ed. Hofmanni Lips. 1764. pag. 27. sqq. — *M. Dürr* Nach-

Nachrichten von den neuesten Streitigkeiten über den Kanon, in: Neuester Religionsgeschichte, unter der Aufsicht des Herrn Consist. Raths Walchs, tom. VII. Lemgou. 1779. n. 4. Libellus Oederianus, a Semlero publicatus ducit familiam: atque Dürr recenset et excerpit memorabiles libros, censuras libellosque minores super hac controuersia scriptos. — Postea lucem viderunt *Beyträge zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons von M. Christian. Frid. Weber.* Tubingae. 1790. 8. Is 1) putat, hebraicum euangelium ad Hebraeos, XII. Apostolos et secundum Matthaeum pro Iudaeo-Christianis fuisse scriptum primis christianae disciplinae temporibus in Palaestina, et ex illo fluxisse graeca euangelia: 2) negat, ad prima Christianorum tempora pertinere plenam N. T. collectionem. Sequuntur 3) collectanea ad historiam canonis vsque ad Origenem; 4) examen loci Eusebiani H. E. III. cap. 25. pag. 142 — 157. De canone, et Eusebio abiudicat eam, qua hucusque in hac caussa floruit, auctoritatem. 5) de antilegomenis, N. T. 6) negat, primis Christianorum temporibus duplicem fuisse ecclesiam; denique 7) super fragmento Meliti apud Euseb. H. E. IV. 26. conf. tamen Salisburg. Oberdeutsche Litt. Zeit. 1791. mens. Febr. plag. 17. et Ien. A. L. Z. a. 1792. n. 180. m. Iul. pag. 69. sqq. — cel. *Noesseltii* Anweisung zur theologischen Bücherkenntniss, §. 26. *Haenlein* l. laud. tom. l. cap. V. pag. 290 — 326. vt alios bene multos isagogicos et criticos in N. T. libros in *M. Mich. Lilienthalii* biblischen Archiuarius der heiligen Schrift N. T. Regiomont. et Lipsiae 1745. 4. pag. 4. sqq.

ſqq. iam excitatos, quorum numerus mire augeri poteſt, in praeſenti breuitatis cauſa omittam. Contra *Michaelis* introduct. §. 2 — 12. praecipue §. 236 et 237. et contra ſcriptorum patrumque eccleſiaſticorum teſtimonia eorumque auctoritatem de canone N. T. disputatur in libro: Einleitung in die Geſchichte des Canons ſämtlicher Schriften des N. T. inſonderheit der Offenbarung Iohannis. Herausgegeben von dem Verfaſſer des Hierocles. Halae. 1794. mai. 8.

4. Quum et longinquitate et iniuria temporis, aut inſcitia incuriaue librariorum, aut ex ingenio et conſilio ſiue haereticorum, ſiue, qui vocantur, orthodoxorum variae lectiones in MSStis N. T. oriri potuerint et ortae ſint: interpreti et erudito lectori praeter vſum patrum eccleſiaſticorum, qui veram lectionem interdum vel exhibent, vel firmant, codd. MSStorum notitia in primis eſt comparanda. Neque tamen ex tanta vi variarum lectionum vllum detrimentum doctrinae chriſtianae, et integritati codicis ſacri metuendum eſt. *) At enim, ſi in vllo alio libro, in hoc ſane diuino, fonte omnis verae et aeternae ſapientiae limpido et integro, caute et prudenter verſari, ab omnibusque coniecturis temerariis audacibusque abſtinere debent interpretes. Neque enim opus eſt humanum, ſed diuinum: neque res ludicrae, aut ad delectationem animi, aut, quae auribus mentique facerent fraudem, tantum inuentae; ſed ſeuerae, maximique momenti, quibus ſalus ciuitatum

*) v. *Phileleutheri Lipſienſis*, (h. e. Richardi Bentleii) la Friponerie Laiqve. Amſtel. 1738. 8. obſeru. XXXII. p. 168 — 213.

tatum contineatur, praesidiaque ad veram nec vmquam interituram felicitatem consequendam beneficio summi numinis, omnium rerum moderatoris, hominibus offerantur. Critica subtilitas omnino necessaria est ad veritatem lectionis perspiciendam et diiudicandam, et ad errores aliorum dispellendos. Sed caute prudenterque agendum est, ne vel coeca quadam superstitione ad apertam scribarum ignorantiam aut codicum quorumdam auctoritatem defendendam, vel ad audaciores temerariasque coniecturas, eas praefertim, quae ad vindicandam opinionem quamdam in doctrina theologica praecertam videantur aptiores, facile abripiamus. Sic *Valcken.* qui iuuenis timidior erat in arte critica in N. T. exercenda, tamen postea procliuis fuit ad corrigenda loca sacra: v. eius *Orationes* — quibus subiectum est specimen animaduersion. criticar. in loca quaedam N. T. Leidae 1784. Sed Emendationum in N. T. a. L. C Valcken. examen instituit *Ern. Gottl. Klose* etc. Halae 1790. 8. — Sic *Guil. Whiston*, Anglus, in The sacred. historis of the new Testament, pag. 300. sqq. exhibuit praecepta et regulam quasi verarum lectionum N. T. Verum ad errorem suum in doctrina de Christo eo melius quasi stabiliendum eam viam ingressus eaque sequutus est praecepta, vt iudicii artisque criticae subtilitatem in eo facile desideres. Edidit vero *Primitiue New Testament.* part. I. containing the four Gospels with the Acts of the Apostles. part. II. containing XIV. epistles of Pauli; part. III. containing VII. catholik epistles; part. IV. cont. the Revelation of Iohn. London and Westminster 1745. 8. His addit quatuor

tuor alias partes, eodem iure Whiſtoni quidem iudicio adiunctas, quo apud nos vtuntur IIII. illae priores partes: n. 1) epiſtolam Corinthiorum ad Paullum, et quibus hic reſpondit, ex armenica lingua; Timothei epiſtolam ad Diognetum et homiliam, Clementisque binas epiſtolas ad Corinthios; 2) libros VIII. conſtitutionum apoſtolicarum; 3.) Barnabae epiſtolam atque Hermae paſtorem libris III. 4.) X. epiſtolas Ignatii; Polycarpi epiſtolam ad Philippenſes; Ioſephi homiliam de ᾅδῃ, Polycarpique martyrium. In libris N. T. exigua aut nulla innumerabilium paene MSStorum aliorum, item translationum patrumque graecorum et latinorum plerorumque ratione habita, niſi, vbi trium, quorum fidem vnice ſequitur, codd. lectionem confirmare viderentur. Tres autem illi codices, quorum veriſſimam atque omnino integerrimam ſemper eſſe opinabatur ſcripturam, ſunt in euangeliis Matthaei, Ioannis, Lucae, Marci et actis apoſtolorum cod. mstus, qui a Beza nomen gerere ſolet; in epiſtolis Paulli cod. mst. Claromontanus, et in epiſtolis Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae atque apocalypſi, cod. Alexandrinus. Sed quam lubrica et vero falſa ac periculoſa eſſent iudicia et molimina Whiſtoni, late eruditeque demonſtrauit *Io. Salomon. Semler*, in diſp. praeſide Sigism. Iac. Baumgartenio, Halae 1750. 4. ventilata et inſcripta: *Vindiciae plurium praecipuarum lectionum codicis graeci N. T. aduerſus Guil. Whiſton, Anglum, atque ab eo latas leges criticas.* In illa diſputatione de critica ſacra et de forma, aetate, fide atque auctoritate trium illorum codicum, de latina in primis *Itala* verſione, de conſilio Whi-

ſtoni

ftoni et aliis rebus, quae ad interpretationem N. T. tam criticam, quam hiftoricam atque hermeneuticam pertinent, intelligenter differit, et multa aliorum fcripta memorat; denique in fectione III. ab iftius cauillationibus, et, quas ille fomniabat, corruptionibus vindicat oracula N. T. fummam Iefu Chrifti diuinitatem adfirmantia. Semlerus, quamquam in fcriptis, quae multo poft compofuit, interdum deferuit priftinam fuam fententiam; tamen in hac disp. multis viam muniuit ad criticam artem acrius exercendam, et mature oftendit, qualis vir aliquando in hoc litterarum genere fit futurus. Ita vero etiam alii varia quidem ratione in conftituendo aut mutando textu graeco N. T. arte critica funt abufi. Sic *Toupius* in Emendation. in Suidam plura loca N. F. coniecturis fibi tentanda fumfit: in quorum tamen multis vulgatam lectionem effe feruandam docuit *Petr. Henr. Koppiers* in Obferuatis philologicis, Lugd. Batau. 1771. 8. cap. VII. pag. 80 fqq. Conf. quoque *Car. Segaar* orat. de critice in diuinis N. F. libris aeque ac in humanis, fed circumfpecte et modefte etiam nunc exercenda. Trai ad Rh. 1772. 4. —

Conf. *G. B. Michaelis* tractat. critica de variis lectionibus N. T. caute colligendis et diiudicandis, Halae Sax. 1749. *Rumpaeus* in comment. crit. ad N. T. libros §. 46. — 49. *Chriftoph. Matth. Pfaffii* differtat. critica de genuinis librorum N. T. lectionibus ope canonum quorumdam criticorum feliciter indagandis et a fpuriis fecernendis etc. Amftel. 1709. 8. *Semler* in disp. mem. pag. 48. not. 49. *Simonis* Introduct. etc. Sect. XI. Cap. II. vbi praeter ea infiniti paene auctores enumera-

merantur. *I. D. Michaelis* Einleitung I. pag. 251 — 318. s. p. 248. sqq. ed. quartae, vbi de variis lectionibus agit. Idem p. 453 — 611. s. p. 523. sqq. ed. IV. recenset *codices* MSS. in quo critices genere diligenter quoque versati sunt Simon in historia critica N. T. Millius, Pfaff, Küsterus, Bengelius, Hoffmann, in primis *Wetstein* in Prolegomenis, Amstelod. 1740. 4. quae *Io. Salom. Semler* iterum seorsim edidit, eruditas notas et adpendicem adiecit de vetustioribus latinis recensionibus, quae in variis codd. supersunt, et exempla quaedam characterum graecorum et latinorum in iibris MSStis, Halae Magdeb. 1764. 8. Illis prolegomenis tamquam altera pars deinceps accesserunt, *I. Iac. Wetstenii* libelli ad crisin atque interpretationem N. T. cum recensione introductionis Bengelii ad crisin N. T. atque Glocestrii Ridley dissert. de Syriacarum N. T. versionum indole, atque vsu e bibliotheca et cum quibusdam notis V. C. Io. Dau. Michaelis, adiectis multis obseruatt. *I. Sal. Semleri*, Halae Magdeb. 1765. 8. *Ernesti* in Institut. interpr. Part. II. cap. 2. de codd. scriptis, eorumque vsu pag. 99. sqq.

De ortu librorum N. T. sacrorum, et variarum lectionum, de diuersitate pretioque codicum horumque historia, de variis antiquis versionibus, de editionibus earumque classibus ac familiis post Michaelem et Marshum diligenter copioseque egit, ac recentiorum scripta, in quibus vel in vtramque partem disputatur, vel quaestiones quaedam et controuersiae, inde ortae, enarrantur atque explicantur, sedulo laudauit *Haenlein*, V. Cl. in libro mem. Handbuch der Einleitung in die Schrif-

ten

ten des N. T. tom. II. part. I. — De codicibus *Alexandrino* et *Vaticano* iam in ſuperiore ſectione pauca ſunt notata. De duplici codd recenſione Alexandrina et occidentali, de cod. *Claromontano*, qui multas habet emendationes a quinque diuerſis manibus factas, et *S. Germanenſi*, illius exemplo (Copie,) a quatuor manibus diuerſis emendato agit *Griesbach*, V. C. in Symbolis criticis, tom. II. isque XLIV. codd. gr. vel integros vel in memorabilibus ſectionibus locisue contulit. Idem vir cel. ſcripſit disp. de codd. IV. euangeliorum Origenianis. Halae 1770. — De codice gr. *Baſileenſi*, qui quatuor euangelia continet, vberiores ſcripſit obſeruatt. criticas *Gebh. Auguſt. Schmelzer* in disp. de antiquo Baſileenſis bibl. codice graeco IV. euangeliorum manu in membrana ſcripto. Gottingae 1750. 4. — S. S. euangeliorum codex *S. Euſebii* epiſcopi et martyris manu exaratus, ex autographo Baſilicae Vercellenſis ad vnguem exhibitus, nunc primum in lucem prodit opera *Ioan. Andr. Irici*, Tridinenſis collegii Ambroſiani Doctor, cum eiusdem praefat. notis et concordantibus aliorum codicum et S. Patrum lectionibus Delſt. 1748. — Codicum multorum notitiam dat cl. *Chriſt. Frid. Matthaei*, in praeſenti Prof. Wittebergenſis in prolegom. ad edit. ſuam Paulli epiſtol. ad Theſſalon. et ad Timotheum, gr. et lat. Rigae. 1785. 8. — Fragmentum in bibl. *Tubingenſi*, idem, quod Wettſtein numerat 98, et Turicenſe vocat, maleque deſcribit, et quod iam Bentleius, neque tamen plene contulit, vberius deſcriptum eſt a M. *Ier. Dauid. Reuſſ* in Beſchreibung einiger Handſchriften aus

der Uniuerſitäts Biblioth. zu Tubingen: nebſt Anzeige der verſchiedenen Leſearten. Tubingae 1778. 8. — *Hermanni Treſchow* tentamen deſcriptionis veterum codicum aliquot graecorum N. T. qui in bibl. Vindobonenſi adſeruantur etc. Hauniae 1773. 8. conf. Philologiſche Biblioth. vol. III. part. II. Gottingae 1775. 8. pag. 177. ſqq. — Eumdem codicem, qui continet acta apoſtolorum, epiſtolas omnes apoſtolicas et apocalypſin et cuius textus baſis eſſe videtur recenſio Euthalii at interpolata et additamentis deprauata ſerioribus, iterum contulit, comparauitque lectiones aliorum codd. conſentientes *Andr. Chriſtian Hwiid* in Libello critico de indole codicis MS. graeci N. T. bibl. Caeſareo-Vindobon. Lambecii XXXIV. Acceſſit textus latinus Act. Apoſt. antehieronymianus ex cod. Laudiano. Hauniae 1785. mai. 8. — Codicum N. T. graecorum, qui *Hauniae* in bibliotheca regia adſeruantur, notitia, adiecta lectionis varietate, auctore *Chriſtiano Gottlieb Henslero* ſpec. I. Hauniae 1784. 4. De cod. *Montfortiano*, qui conſentit cum verſione latina, quae dicitur, vulgata, quam quidem librarius comparaſſe videtur, nouiſſime agitur in *Pauli*, Prof. Ienenſis, Memorabilibus, partic. VI. Lipſiae, 1794. nr. 3. — Codicem *Rauianum*, qui multus excitauit criticas tragoedias, ex edit. bibliorum Complutenſium eſſe deſcriptum, errata quoque typographica ſeruata et vero aucta, euincere ſtuduit *G. Gottl. Papelbaum* in libro: Unterſuchung der Raviſchen griechiſchen Handſchrift des N. T. Berolin. 1785. 8. et fraudem auctoris dilucidius manifeſtauit *Griesbach* in Symbolis etc. pag. 181 — 184. quorum iudi-

iudicio ſubſcripſit *Michaelis* in quarta Iſagoges ſuae editione tom. I. pag, 638. ſqq. De cod. Askeuii, qui ad ſaeculum VIIII. pertinere dicitur, de eius dignitate et aetate lis orta eſt inter *Kulenkampium* in Muſeo teutonico, a. 1776. Part. III. pag. 207. ſq. et *Velthuſen*, in Kieliſchen Beyträgen zur Beförderung theol. Kenntniſſe, P. I.

Quamquam vetus eccleſia prima exemplaria in armario ſacro ſeruarat, et publica auctoritate muniuerat: (v. *Schmidii* hiſtor. canonis etc. p. 721.) Archetypa tamen librorum ſacrorum exempla diu perierunt. Neque enim *Marci* autographum, quod penes Venetos eſſe maior iactantia, quam veri ſpecies fuit, genuinum eſt: cuius fragmentum, quum perlatum eſſet Pragam; illud poſt alios *Schoepflin* in Actis academiae Theodoro — Palatinae tom. III. ſiue hiſtoria et commentatt. academiae illius, Manhem. 1773. examinauit, de eoque tulit iudicium. Codex nempe venerat mutilus Venetias, et in loco humido repoſitus in putredinem paene abiit. Eſt vero latinus, atque membranaceus, et litterae ſunt ſemiunciales, quae ſaeculi ſexti figuras repraeſentant. Textus eſt ſecundum verſionem Hieronymi, atque adeo e quarto ſaeculo. Quae quum ita ſint, Marcum manu ſua illum codicem ſcripſiſſe, ab omni probabilitatis verique ſpecie abeſt longiſſime. Et contrario exemplar Venetum et fragmentum Pragenſe particulam fuiſſe abſciſam, putat cum *Laur. a Turre* in Epiſt. ad Ios. Blanchinum tom. II Euangeliarii Blanchiniani part. II. vol. I. pag. 543. Schoepflinus, euangelii ſiue codicis latini quatuor euangeliſtarum Vtinenſis. Idem illud fragmentum

F 2 Pra-

Pragense denuo recensuit, historiam codicis exposuit, fabulam, autographum esse Marci, intra saec. XI — XIV. ortam esse iudicauit, fragmentum autem esse particulam msti Veneti probauit, at maioris momenti, quam Veneti, quoniam melius sit conseruatum, docuit, variasque excerpsit lectiones *Ios. Dabrowsky*, clericus ecclesiasticus, in libro huius sententiae: *Fragmentum Pragense Euangelii S. Marci, vulgo Autographi.* Edidit, lectionesque variantes critice recensuit *Ios. Dabr.* Pragae 1778. 8. adde *Michaelis* Isagogen etc. tom. II. p. 1074. sqq.

Codices vero sunt vel mere graeci, vel graecolatini, vel *lectionaria*, h. e. in quibus pericopae (ἀναγνώσεις) sunt librorum sacrorum, quae diebus certis inter sacra praelegerentur. Codex, si quatuor euangelia complexus est, εὐαγγέλιον; sin acta Apostolorum, et epistolas Paullinas, aut tantum quatuordecim Paulli epistolas continuit, ἀπόστολος vocabatur; ἀπόστολοι autem dicebantur Acta Apostolorum cum septem catholicis epistolis *). De illorum forma, origine et constitutione, docte agit *Griesbach* in specimine I. curarum in historiam textus graeci epistolarum Pauli, Ienae 1777. Sect. II.

*) Vocabulum tamen ἀπόστολος in sensu modo latiore sumitur, modo strictiore, quando denotat vel omnes epistolas Paulli, vel particulas et pericopas ex illis excerptas. v. auctores antiqq. ecclesiasticarum, et *Suicer.* in Lexico eccles, h. v. Varia autem ratione iam antiquioribus Christianorum temporibus libri N. T. sacri diuidebantur. v. *Haenlein* tom. I. pag. 16. sqq.

II. §. 7. ſqq. *) denique ἀποςολοευαγγέλιον dicebatur, quod lectiones ex euangeliis, actis Apoſtolorum, et epiſtolis ſimul continuit. — In Litterariſchen Muſeo, Altdorf. 1778. vol. I. part. IIII. pag. 475. ſqq. eſt (Doederlinii) diligens commemoratio et recenſio msti *Euangeliſtarii* graeci, quod in bibliotheca publ. Noribergenſi cuſtoditur. Illud vero, more ſollemni, conſtat II. partibus, quarum prior continet lectiones ex euangeliis, diebus dominicis et feſtis maioribus; poſterior autem lectiones ex euangeliis reliquis diebus feſtis, ſecundum graecum calendarium a menſe Septembr. vsque ad vltimum Auguſti publice recitatas. — *Col. Sanftl* diſſ. in aureum ac peruetuſtum St. Euangelior. cod. MS. monaſterii S. Emmeran. Ratisbonae 1786. 4. v. Gotting. eph. litt. a. 1787. nr. 19. — In bibl. Synodi Mosquenſi eſt teſte *Chriſtiano Frid. Matthaei* in notitia codd. msstorum graecorum biblioth. Mosquenſium, etc. Mosquae 1776. mai. fol. n. 4. pag. 4. cod. membran. ſaec. X. aut XI. qui continet Praxapoſtolum ſeu lectiones ex Actis, epiſtolis catholicis et Paulli: ibid. pag. 5. ſqq. vberius deſcribitur, qui praeter alia a fol. 3. ad fol. 104. continet acta Apoſtolorum, ſeptem epiſtolas catholicas et quatuordecim Paulli cum argumentis et capitum indicibus

 Eutha-

*) Adde *Schmid.* hiſtoriam — canon. p. 718. ſqq. et *Michaelis* Einleitung etc. pag. 521. ed. 4. eumdem bibl. oriental. tom. XI. pag. 185. ſqq. de cod. msto Lectionarii in bibl. Gotting. *Io. Salom. Semleri* adparat. ad liberalem N. T. interpretationem, lib. I. pag. 78. ſq. de vſu et ſignificatu vocc. *lectionarium, euangelium*, ἀπόςολος et ἀποςόλικον etc.

Euthalii. His in fine in ſeptem foliis additus eſt index lectionum *Praxapoſtoli*, cui praefixus eſt titulus: *συναξάριον — τοῦ πραξαποςόλου, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς μεγάλης κυριακῆς, καὶ καταλῆγον τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ. περιέχει δὲ καὶ τὸ μηνολόγιον.* — Idem *Matthaei* V. C. euulgauit: Vetuſtum eccleſiae graecae Conſtantinopolitanae, vt videtur, *euangeliarium* bibliothecae ſer. ducis Saxo-Gothani. Nunc primo totum ad cognoſcendam liturgiam Graecorum accuratius examinauit et adiectis variantibus ſacri contextus lectionibus edidit *C. F. Matthaei*. Lipſiae 1791. m. 8. — In eodem Muſeo Altdorf. tom. I. part. I. p. 1. ſqq. et part. II. p. 177. ſqq. late agitur de *Correctoriis biblicis*.

Tenendum quoque eſt, mere graecos codices interdum puros eſſe, interdum e latina verſione correctos, vel potius vitiatos: de quorum fide et ratione controuerſia orta eſt inter Griesbachium et Matthaei. adde *Hänlein* tom. II. part. I. p. 87. ſqq. et *Michael.* I. pag. 523. ſqq. Denique quidam codices, qui quidem pauciſſimi ſunt, omnes N. T. complectuntur libros, quidam vero vel euangelia ſola, vel epiſtolas Paullinas, vel catholicas cum Actis. At poſt operam atque induſtriam Wetſtenii, Simonii, Bengelii, Michaelis, Semleri et Haenleinii codd. manu exaratos recenſere et diiudicare, ſuperuacaneum mihi ad praeſens eſſe videtur. Atque iidem praeſtantiſſimi viri et Erneſti in Inſtit. interpr. pag. II. cap. 3. de claſſibus quoque et virtutibus vitiisque *editionum* *) tam accurate,

*) Multas editiones indicarunt aut recenſuerunt *Le Long* et *Andr. Gottlieb Maſch* in Bibliotheca ſacra, part.

rate, plene et subtiliter disputarunt, vt mihi breuitatis studioso hic tantum quatuor classes et memorabiles quasdam alias nominasse sufficiat *).

F 4 Quae

part. I. cap. II. pag. 189. sqq. ***Baumgarten*** in Nachrichten von einer hallischen Bibl. tom. IV. part. XXI. pag. 189. sqq. praecipue in Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. I. pag. 193. item tom. II. III. IV. VI. VIII. etc. *Mich. Lilienthal* in biblisch-exeget. Bibliothek, Regiomont. 1740. 8. ***Maittaire*** in Annal. typogr. passim vol. I. II. III. ***Io. Melchior Goetz*** in Verzeichnis seiner Sammlung seltener und merkwürdiger Bibeln in verschiedenen Sprachen etc. Halae 1774. 4. ***Fabr.*** in B. Gr. vol. IV. ibique Kunoel. *Clement.* in Bibl. cur. histor. et critiqve, tom. III. et IV. ***Andr. Gottl. Masch*** in Beiträgen zur Geschichte merkwürdiger Bücher etc. part. I. Bützou. 1769. 8. et part. VIII. ib. 1774. ac part. IX. ib. 1776. ***Melch. Lud. Widekind*** ausführliches Verzeichnis von raren Büchern, tom. I. pag. 434 — 662. Baumgartenii aliorumque catalogos vt omittam ***Barth. Nic. Krohn*** in catalogo bibl. suae. Hamburg. 1793. 8. pag. 1. sqq. multus enumerat editt. doctisque ornauit adnotatt. litterariis. Paullo infra de versionibus quosdam alios V. D. laudabo.

*) Ex Aldina officina primum quidem in editione Gregorii Nazianz. particulam euangelii Ioannis gr. cum vulgata lat. prodiisse, notatur a ***I. G. Chr. Adlero*** in: Repertorium für die bibl. und morgenländische Litterat. part. 18. pag. 150. at diu ante factum erat initium, prioresque versus euangelii Ioannis typis Aldinis excusi et collectioni quorumdam opusculorum circa finem inserti sunt. Inscripta est ista congeries: *Constantini Lascaris* erotemeta cum interpretatione latina. — Abbreuiationes graecae. Oratio dominica et duplex salutatio virginis. Symbolum Apostolorum. *Euangelium diui Iohannis vsque ad χάριτος καὶ ἀληθείας.* (gr. cum interlineari versione lat.) C. A. Pytha-

Quae vero exempla huius illiusue recensionem, mutationibus interdum factis, retinuerint, diligenter et solerter indicant *Ernesti* l. m. pag. 110, sqq. et vberius *Michaelis* I. pag. 765. sqq. Prima igitur est *Ximenii*, Cardinalis, sumtu curata, Compluti a. 1514. — 1517. fol. de qua ed. iam in superiore sectione egimus: in Euangeliis et Actis illam sequuti sunt R. Stephan. Paris. 1546. Millius et Bengelius *). 2) *Desiderii Erasmi*, Rotterodami, qui adiuuantibus Oecolampadio, Capitone, Gerbelio e cod. patribus quibusdam, versione latina et coniecturis correxit, 1516. (quae ed. est rarissima) 1519. 1522. 1527. 1535. fol. quarum tamen duae praesertim postremae edd. sunt paulisper diuersae. — 3) *Roberti Stephani*, Paris 1546. et 1549. quae discrepat; nec non *Theodori Bezae*, qui textum e Stephanica tertia 1550. cum variis lectionibus a Roberto Stephano orae adletis mutatum et concinnatum, primum edidit 1565. postea 1576. in primis 1582. 1589. (in qua

Pythagorae Phocylidis moralia. Venet. per Aldum 1494. 4. — Haec editio, recusa est ibidem fine a. et l. in 4. cum epist. Aldi, quod ego ex meo exemplari intelligo. — Tum eadem opuscula repetita sunt in ed. Veneta. 1495. 4. cuius inscriptionis initium est Alphabetum graecum cum multiplicibus litteris. nec non in edit. Aldina 1501. vbi titulus libri incipit: *Aldi Manutii Romani rudimenta grammatices L. L. De litteris gr. et Diphtongis et quemadmodo ad nos veniant.* Reliqua inscriptionis conspirant cum superioribus editionibus. — Integrum Ioannis euangelium prodiit. Tubingae 1514.

*) Familias singularum edd. breuiter indicat *Haenlein* tom. II. part. I. p. 220. sqq.

qua editione Bezae obss. sunt copiosiores,) et 1598. ex aliis codd. versionibus itemque coniecturis multa mutauit; atqui haec recensio, praecipue illa, quae, nescio a quo, ex Stephanicae tertiae et Bezae textu tamquam noua formata est et vulgata ab Elzeuiriis 1624. 16. *) basis est vulgatae nostrae lectionis et vulgarium exemplarium, etiam Wetstenii atque Bengelii, qui tamen ex libris antea iam editis lectiones, quae sibi verae viderentur, frequenter delegit. 4) Nouissima recensio est, quam debemus singulari studio *I. Iac. Griesbachii* (in praesenti theologi Ienensis.) Is textum N. T. ad fidem codicum, versionum et patrum emendauit et lectionis varietatem adiecit, tribus partibus, quarum prima sistit synopsin euangeliorum Mathaei, Marci et Lucae, Halae Saxon. 1775. sqq. 8. Basis est editio Wetsteniana, sed saepius correcta. Paucissimas tamen a se in textum receptas esse lectiones, in praefatione ad Vol. I. pag. 17. profitetur, quibus non antea vnus et alter e criticis peritissimis v. c. Erasmus, Beza, Grotius, Millius, Bengelius, Wetstenius, Semlerus etc. calculum suum adiecissent. Idem vir doctus diu versatus in historia critica textus N. T. componenda, cuius specimen primum (paullo ante laudatum,) et secundum iam prodierunt; (conf. kurze Anzeigen und Beurtheilungen academischer und anderer kleiner Schriften, Noribergae Part. I. pag. 1. sqq.) edidit opus ad iudicium de codd. atque editionibus ferendum valde vtile, et inscriptum: *D.* *Io.*

*) Quae est rarissima inter octo editt. Elzeu. sed praestantissima est ed. Elzeuir. Lugd. Bat. 1633. min. 12. vid. *Baumgart.* Nachricht. tom. 1. pag. 206. sqq.

Io. Iacob. Griesbach Symbolae criticae ad N. T. varr. lection. Acc. descriptio et examen multorum N. T. codicum graecorum. tom. I. Halae 1785. 8. tom. II. ibid. 1793. 8. Praeter has principes recensiones tironum caussa quasdam alias memoratu dignas indicabo editt. *Gerbelii*, Hagen. 1521. 4. in offic. Voegel. Lipsiae 1564. 8. quae vt nitida et correcta est editio, ita quoque rara, cum V. L. in margine. rec. ibid. 1595. 8. — *Erasmi Schmidii*, cura Zach. Gergani, sumtibus Nicephori episcopi, Vitebergae 1522. 4. quae editio inter nos ideo parum obuia est, quia maxima exemplarium pars ad Graecos, quorum caussa est procurata, transmittebatur. v. quoque *Baumgartenii* Nachrichten einer Hallischen Bibl. III. p. 472. in catalogo bibl. Schadeloochianae pretium statutum est III. flor. — *Aldina* 1518. — *Waltoni*, in Polyglottis, Londin. 1657. fol. in vol. V. et sexto. — *Colinaei*, Paris. 1534. 8. — *Io. Crispini*, Geneu. 1553. 8. — *Steph. Curcellai*, Amstelod. 1658. 1699. 8. saepiusque (*I. Fellii*) Oxon. 1675. 8. (qui parallela scripturae loca, nec non var. lect. ex plus 100. MSS. codd. et antiquis versionibus collectas addidit; quae editio suo tempore erat maxime memorabilis: in praesenti vero, Bengelio, Millio et Wetstenio multo plura praestantibus, minorem habet auctoritatem,) et a raritate et a praestantia commendantur. — Omnes *Stephanianae* magni aestimantur: in primis *Rob. Stephani*, Paris. 1546. et 1549. 12. *o mirificam*, (ab initio praefationis sic dictae) vulgo adpellantur. et splendida Rob. Stephan. Lutet. 1550. fol. — Memoranda quoque videtur edit. a multis omissa,

Bezo-

Bezo - Stephaniana tertia; ad quam curandam typographus in praefatione scribit se vsum esse opera *Io. Cherpontii: Iesu Christi D. N. nouum testamentum*, *gr. et lat. Theodoro Beza interprete* — — Huic autem *tertiae* editioni, praeter quorumdam locorum recognitionem, accesserunt breues difficiliorum phraseων expositiones, et aliae quaedam annotatiunculae, cum ex maioribus ipsius Bezae annotationibus, tum aliunde exceptae. — cum oliua Stephani, a. 1580. 8. cum duplica versione latina. Calci adiecta sunt symbola apostolicum, Nicaenum, Athanasianum, gr. ac lat. ephesinae synodi determinationes, lat. denique confessio fidei in Chalcedonensi synodo edita. gr. et lat. — In ed. Steph. gr. lat. Geneu. 1551. 8. capita primum in versiculos distincta sunt — Rarissimis libris adnumeratur ed. Steph. *Biblia vtriusque testamenti*, *de quorum noua interpretatione et copiosissimis in eam annotatt. lege*, *quam in limine operis*, *epistolam*. Oliua Roberti Stephani 1557. II. tom. de qua vide *Io. Andr. Bergsträsser* Ektyposes oder seltene und merkwürdige Ausgaben von gedruckten Büchern mit Bemerkungen. Hanouiae. 1790. 8. Splendidissimae sunt Londin. cum notis et animaduersſ. Rob. Stephani, Iosephi Scaligeri, Isaaci Casauboni 1633. 8, tum Paris. e typograph. regia 1640. fol. max.

Io. Pricaei, cum versione lat. et multis iisque adnotationibus eruditis: cuius rarae editionis haec est inscriptio: *Ioannis Pricaei commentarii in varios N. T. libros*, in quibus vulgatae versionis quam plurimis locis, prae quauis alia recentiore sermo purus latinusque ostenditur; contextus graeci

graeci littera explicatur; eiusdem phraseologia cum auctorum ethnicorum loquutionibus amoene comparatur; multorum difficilium locorum expositiones nouae afferuntur, sensusque non solum ex christianis ecclesiae antiquissimae *doctoribus*; sed et e Graecis latinisque gentium scriptoribus vbique illustratur. His accesserunt annotationes in Psalmorum librum, item in aliquot sparsa capita N. T. Londini excud. Iac. Flesher 1660. fol. Priceus non omnes N. T. libros; sed tantummodo Matthaeum, Lucam, Ioannis cap. X. et XI. Acta apostolorum; Paulli epistolas ad Timotheum, Titum, et Philemonem; prioris epist. ad Cor. cap. XI. epistol. Ioannis, Iacobi, Iudaeque et apocalypsin gr. et lat. dedit atque illustrauit. v. quoque *Masch.* l. l. p. 322. — Omnium splendidissima habetur edit. cum scholiis graecis, opera et studio *Io. Gregorii.* Oxon. 1703. fol. de qua v. Masch. l. c. pag. 234 sq. vbi in nota *t plures* memorantur V. D. qui illam laudarunt. Londin. ex officina Iac. Tonson et Io. Watts, 1714. 1715. 1728. 1730. 12. cura *Mich. Maittaire*; ed. *Christ. Sigism. Georgii*, Witteb. 1736. 8. nitida est et elegans. — De editionibus, virtutibus et defectibus *Bengelii.* Tubingae 1734. 4. adparatu critico, et alias gr. tantum etc. ibid. 1734. 1738. 1753. 1762. 8. 1790. 8. — *Millii*, *) Oxon. 1707.

*) *Dan. Whitby*, septuagenario maior, adnexuerat anglicis suis in N. T. commentariis, Londini 1710. fol. et 1727. fol. graue *Examen varr. lectionum Io. Millii in N. T.* etc. quod Hauerkamp separatim edidit, eiusque fecit titulum: *Dan. Whitby*, S. T. P. et

1707. fol. recuf. pluribus MSS. collatis, cura Küsteri, Lipfiae 1710. et 1723. et *Io. Iac. Wetftenii*, qui diligentiam atque libertatem omnium fuperiorum editorum in componendis MSS. fententiaque de locis criticis libere pronuncianda *) fuperauit, vaftamque filuam notarum ex aliorum obferuationibus philologicis magnam partem compilatarum dedit, Amftel. 1751. 1752. II. Vol. fol. multus eft cel. *Michaelis* loco mem. Adde *Clemm* Einleitung in die Religion etc. Vol. II. §. 280. fqq. *Rumpaeum* l. m. §. 44. et 45. Idem *Michaelis* de *Bentleii* conatu et corrigendi pruritu adfatim differit. At iam olim fcripferat *Zachar. Pearce* epiftolas II. ad cel. F. V. Profeff. Amftelod. de cl. Bentleio et corruptis locis N. T. Londin. 1721. in quarum priore Syftema Bentleii N. T. tunc edituri examinauit, huiusque criticas fufpiciones in Friponnerie laique diiudicauit, in pofteriore ipfe cri-

et eccles. Sarisbur. Praecentoris Obferuationes philologico-criticae, in quibus iuxta veritatem MSS. veterum, confenfum verfionum orientalium et citationes patrum ecclefiafticorum examinantur variae lectiones I. Millii in N. T. cum praef. *Sigeberti Havercampi*. Lugd. Bat. 1724 et 1733. 8.

*) Conf. *Ernefti* fpecimen caftigationum in I. Iac. Wetftenii editionem N. T. in Opufculis philolog. criticis pag. 326. fqq. De *Wetftenio* v. *Villoifon* prolegg. ad Homerum ed. Venetae pag. 3. not. b. inprimis de eius vita meritisque et controuerfiis propter fufceptam N. T. editionem in Heluetia ortis et agitatis, in *Leonardi Meifteri*, Prof. Turic. Heluetifche Scenen der neuen Schwärmerey und Intoleranz. Tiguri 1785. 8. pag. 167. fqq. Ordinis theol. Bafileenfis declaratio de N. T. Wetften. 1757. in Bibl. Hagana III. fafc. I.

criticas in N. T. publicauit coniecturas. — Quas lectiones in contextum recipiendas esse, in notis censuerat Wetstein, eas omnes *Guilielmus Bowyer*, (eruditus typographus Londinensis,) reposuit, suamque editionem inscripsit: *Nouum Testamentum graecum*, ad fidem graecorum solum codd. MSStorum nunc primum expressum, adstipulante Io. Iacobo Wetstenio, iuxta sectiones Io. Alberti Bengelii diuisum, et noua interpunctione saepius illustratum. Accessere in altero volumine emendationes coniecturales virorum doctorum vndecunque collectae, Londini, cura, typis et sumtibus G. B. 1763, 12. Alterum volumen, quod coniecturas complectebatur, *Bowyer* 1772. insigniter auxit atque emendauit, (v. Michaelis Biblioth. exeget. et oriental. Part. III. nr. 40.) Id postea cl. *Io. Christ. Frideric. Schulz* Profess. Giessensis, in linguam theotiscam transtulit et locupletauit.

Koniectures über das N. T. zuerst gesammlet von Wilhelm Bowyer, aus dem Englischen der zwoten Ausgabe übersetzt, und durchaus mit Zusätzen und Berichtigungen bereichert von *I. C. F. Schulz*, Lips. 1774. 8, II. Vol.

Laudabilem suscepit laborem cl. *Schulz*, quamquam largum spicilegium aliis relictum sit: atque ego in prolusione quadam academica (Erlangae 1777 etc.) et *Stosch* in Museo critico Lemgouiensi spicilegium dedimus: attamen in corrigendis textus verbis magnam cautionem et verecundiam necessariam esse et adhibendam iam supra monui; quod copia codicum, versionum et locorum a patribus ecclesiasticis excitatorum intercedit, impotentique coniectandi libidini frena quasi iniicit:

in

in *interpunctione* quidem, quae vna cum *diuisione* librorum et *distinctione* in minora segmenta vsuque *spirituum* atque *accentuum* serius inuenta est, critici maiore libertate vti possunt. Conf. *Rumpaei* comment. §. 33. sqq. *Fabric.* B. Gr. Vol. IIII. *Simonis* in Introduct. pag. 235. sq. *Michaelis* Isagoge tom. I. pag. 857. sqq. etc.

Recentissimae denique editiones N. T. commemorandae sunt: *The new Testament Greek*, collated with the most approued Manuscripts; with select notes in Englisch critical and explanatory; and references to those Authors, who have best illustrated the sacred Writings. To which are added a Catalogue of the principal Editions of the greek Testament and as list of the most esteemed commentators and Critics by *E. Harwood*, D. printed for Io. Iohnson, Lond. 1775. in 12. II. Voll. Harwood in Euangelistis et Actis Apostolorum sequitur cod. Cantabrig. olim Bezae; et in epistolis Paullinis cod. Claramontanum, quos optimos esse putat: at eius operam atque editionem Griesbachianae multum cedere, censent harum rerum intelligentes. — Cel. *Matthaei*, Prof. Wittebergensis, quum adhuc Mosquae litteras graecas latinasque doceret, N. T. cum variis codd. Mosquens. notisque criticis edere coepit initio ab Actis Apostolorum, Rigae 1782. m. 8. facto, (v. infra, §. 6.) et deinceps vsque ad a. 1788. in XII. tom. omnes partes cum versione vulgata e cod. Demidou. praelo exire iussit. Cum cel. Griesbachio saepe rem habuit. v. cl. *Krohn* catal. bibl. pag. 18. sq. — Eiusdem viri doctissimi studio debemus editionem ad artem criticam

vti-

vtilem et inſcriptam: *XIII. epiſtolarum Pauli codex graecus* cum verſione latina veteri, vulgo Antehieronymiana, olim Boernerianus nunc bibliothecae electoralis Dresdenſis ſumma fide et diligentia transcriptus et editus a *Chriſtiano Frid. Matthaei.* cum tabulis aere expreſſis. acceſſit ex eodem codice fragm. Marci M. (h. e. Monachi.) Miſenae, impenſis C. F. G. Erbſteinii 1791. 4. — Lectiones cod. Lambecii ſumma fide expreſſit et V. L. codd. Vindobon. diligenter excerpſit et adiecit cel. et humaniſſimus *Alter* editioni ſuae N. T. praeclarae, quae inſcripta eſt: *Nouum teſtamentum ad codicem Vindobonenſem graece expreſſum*, varietatem lectionis addidit *Franciſc. Carol. Alter*, Prof. Gymn. Vindobon. vol. I. 1787. vol. II. 1786. 8. — Chreſtomathiam N. T. dedit *Erhard Stephan* in libro inſcripto: *Summarium N. T.* ſiſtens ſummam textus gr. N. T. qua graecae voces, quas continet, omnes comprehenduntur etc. cum lat. vers. Argentor. 1778. 8. — Idem edidit: harmoniam IV. euang. graecam et reliquos libros N. T. etc. ib. 1779. 8. Splendidis editionibus adnumeranda eſt *Kiplingia*, cuius exempla tantum numero CCL. typis expreſſa ſunt; at minus tulit plauſum quorumdam popularium ſuorum: *Codex Theodori Bezae Cantabrigienſis* euangelia et Apoſtolorum acta complectentis. Quadratis literis. graeco-latinus. Academia auſpicante venerandae has vetuſtatis reliquias ſumma, qua potuit, fide adumbrauit, expreſſit, edidit, codicis hiſtoriam praefixit notasque adiecit *Thomas Kipling*, S. T. P. II. partes. Cantabrigiae e prelo academico: impenſis academiae, 1793. II. voll. fol. reg. Accuratam huius

ius edit. notitiam dedit cl. *Krohn* l. laud. ab initio librorum omissorum pag. XI — XIV. adde ephem. litt. Lips. 1793. m Oct. plag. 80. Ien. A. L. Z. a. 1794. m. Iun. nr. 199. Acerba censura, in qua *Kiplingii* errores multi, etiam contra grammaticam lat. commissi, notantur acriterque culpantur, Cantabrig. prodiit: Remarks on D. Kiplin'gs praeface to Beza, part. I. by *Thom. Edwards*, L. L D. 1793. 8. pagg. 56. — N. T. graecum e cod. mst. Alexandrino, qui Londini in bibl. musei britannici adseruatur, descriptum a *Car. Godofr. Woide*. Londin. 1786. fol. reg. — De editt. Koppii eorumque, qui post mortem illius laborem telamque continuarunt, infra in sectionibus de singulis diuinis scriptoribus agemus. — Agmen claudat editio praestantissima, in qua quidem contextus Stephanianus edit. tertiae est seruatus, sed variae codicum centum et amplius, in prolegomenis intelligenter descriptorum aut diiudicatorum lectiones sunt subiectae: Primum volumen, quod huc vsque lucem vidit, inscriptum est: *Quatuor euangelia graece*, cum variantibus a textu lectionibus codd. MSS. bibliothecae Vaticanae, Barberinae, Laurentianae, Vindobonens. Escurial. Hauniensis regiae, quibus accedunt lectiones versionum Syrarum, veteris Philoxenianae et Hierosolymitanae. Iussu et sumtibus regiis edidit Andreas *Birch*. Hauniae, 1788. mai. 4. Memorare adhuc licet N. T. cum versione barbaro-graeca *Maximi Calliupolitae* s. l. 1638. 4. cum praefat Cyrilli Lucarii et N. T. graeco-barbari edit. cura Monachi *Serapheim*, Londini 1703. 12. de quibus editt. et de Cyrillo Luc. multus est *I. Mich. Langius* in diss. de versione N. T. barbaro-graeca, Altdorf. 1707. 4.

5. Versiones veteres e graeco factas criticus atque interpres N. T. saepius, quamquam prudenter, tractare debet, de dubiis aut oppugnatis quibusdam locis rite apteque iudicaturus: de quibus *Simonius* in Kritisch. Schriften über das N. T. Part. II. ibique Semlerus in notis, *Wetstein*, *Ernesti* (in institut. interpretis Cap. IV. Part. II.) *Hagemann* Nachricht von den vornehmsten Uebersetzungen der heiligen Schrift in andere Sprachen, ed. Brunsuic. 1750. 8. pag. 92. sqq. *Rumpaeus* in com. crit. ad N. T. §. 50. pag. 344. sqq. aliique, in primis *I. D. Michaelis* in Einleitung in den N. B. Vol. I. pag. 361 — 520. ed. IV. et *Haenlein* l. c. tom. II. part. 1. copiosius egerunt. Sunt vero illae Syriacae *), Coptica, **) Armenica, Aethiopica, Arabicae, Persica, Ge-tica

*) Conferri autem debet Pseudo - critica Millio - Bengeliana, siue tractatus, quo versionum, syriacae, arabicarum, persicarum, aethiopicae et armenicae allegationes pro variis N. T. lectionibus a I. Millio et I. A. Bengelio factae recensentur, refutantur, et eliminantur. Edidit *Christoph. Aug. Bode*, Prof. Helmstad. Halae II. Tom. 1767. 1769. *M. Michael Weber* comm. de vsu versionis N. T. Syriacae hermeneutico, exemplis exquisitioribus illustrato et comprobato, Lipsiae 1779. 8. — Euangeliorum versio Syriaca Philoxeniana e codd. Reidleyanis, edid. *Ios. White*. Lond. 1778. II. voll.

**) Notatu dignum est *Fragmentum euangelii S. Iohannis* graeco - copto - thebaicum saeculi IV. additamentum ex vetustissimis membranis lectionum euangelicarum diuinae Missae cod. diaconici reliquiae et liturgica alia fragmenta veteris Thebaidensium ecclesiae ante Dioscorum ex Veliterno museo Borgiano nunc prodeunt in latinum versa et notis illustrata: opera et studio *F. Augustini Antonii Georgii*, Eremitae Augusti-

tica, siue illa Euangeliorum, quam saeculo quarto concinnasse traditur Vlphilas *) Getarum espiscopus, atque latinae. **)

G 2 Ver-

gustiniani. Romae apud Antonium Falgonium, 1789, 4. Adde *Frid. Münteri* comment. de indole versionis N. T. Sahidicae, Hauniae 1789. et eiusdem diss. de aetate versionum N. T. Copticarum, ibid. 1790. 4. de aetate vers. Copticae v. *Eichhorn* bibl. etc. IV. I. — De euangeliis *arabicis* diss. *Gottlob. Christ. Storr.* Tubingae 1775. qui antea quoque ediderat Obseruatt. super N. T. versionibus syriacis. Stuttgard. 1772. 8.

*) Quaecunque de Vlphila dici possent, ea ab *Heupelio* et *Ihre* docte disputata reperies in collectione Büschingiana: *Ioannis ab Ihre* scripta, versionem Vlphilanam et linguam Moeso-Gothicam illustrantia, ab ipso doctissimo auctore emendata, nouisque accessionibus aucta, iam vero ob praestantiam et raritatem collecta, et vna cum aliis scriptis similis argumenti edita ab Antonio Frid. Büsching. Berolini 1773. 4. Optima versionis illius editio, quam *Ericus Benzelius* curauit, lat. vertit et doctis adnotatt. instruxit; sed post mortem illius cum praef. notis et grammatica gothica edidit *Eduard Lye*, Oxon. 1750. 4. — In codice rescripto Guelferbytino reperit *Knittel* fragmentum, quod singulari studio explicuit, illustrauit ediditque, (vide vitam eius nuper in Schlichthorstii Necrologio enarratam;) Inscriptum est opus: *Vlphilae* versionem gothicam nonnullorum capp. epistolae Paulli ad Romanos — — e litura cod. cuiusdam mst. rescripti, qui in augusta ad Guelpherbytanos bibliotheca adseruatur, vna cum variis literaturae monimentis hucusque ineditis eruit, commentatus est datque foras *Franc. Anton. Knittel.* Guelpherb. 1763. 4. cum tabb. aen.

**) Iam ante Hieronymum exstiterunt multae versiones latinae; in his celebrata est illa, quae, quo iure quaue

Verſiones *germanicas* earumque fata nouiſſime expoſuerunt Palmius, Goetzius atque cel. Panzer. Ab Goetzio enim curatae ſunt: Io. Georg. Palm. Hiſto-

quaue iniuria *Itala* dicitur Hieronymus Damaſi auctoritate vertit, aut emendauit verſiones antiquas. *Vulgata* biblia dicta fuiſſe videntur Michaelis I. pag. 475. ea, quorum contextus Hieronymi aetate fuerit Romae vſitatus. Sed de verſionibus latinis quia Simon, Michaelis, Eichhorn, Haenlein aliique copioſe disputarunt: hic memorari poſſunt *Chriſtiani Kortholti* de variis ſcripturae editionibus tractatus theologico-hiſtorico-philologicus, quo de textu diuinarum litterarum originario, diuerſis eius translationibus et celebrioribus operibus biblicis fuſe agitur, quaeque de ſcripturarum fontibus, verſione LXX. virali, Targumim ac *latina vulgata* Card. Bellarminus huiusque propugnatores, Iac. Gretſerus et Vitus Ebermannus minus recte disputant, ſolide refelluntur. Kilonii. 1686. 4. cap. IIX. — XIV. pag. 91 — 252. vbi copioſe agitur de latinae vulgatae tum auctore, tum auctoritate, de illiusque locis V. et N. T. deprauatis. Porro cap. XV. differitur de verſionibus recentiorum latinis et aliis multis, arabica, turcica, aethiopica, perſica, armenica, aegyptiaca ſiue coptica, italica, gallica, germanica, britannica et anglo-ſaxonica, danica etc. — Ad antiquiorum verſionum latinarum, hiſtoriam praecipue pertinet *Sabatier* opus rarum exemplis vi flammarum dimidia, fere parte deletis, et inſcriptum: *Bibliorum ſacrorum latinae verſiones antiquae, ſeu vetus italica et ceterae*, quaecunque in codd. msstis et antiquorum libris reperiri potuerunt: quae cum vulgata latina comparantur. Acc. praefation. Obſeruatt. et notae, indexque etc. opera et ſtudio *D. Petri Sabatier*. tom. I — III. Remis. 1743. fol. reg. altera tamen, quae Remis et Pariſiis 1749-51. prodiiſſe dicitur, editio numquam prodiit, docente cl. *Krohnio* l. c. pag. 26. — item *Ioſephi Blanchini* Vindiciae canonicarum ſcripturarum vulgatae latinae

Historie der deutschen Bibel-Uebersetzungen D. Martini Lutheri von dem Iahre 1517 — 1534. herausgegeben und mit einigen Anmerkungen versehen von *Io. Melchior Goetzen*, Halae Sax. 1772. 4. — *Io. Melchior Goetzens* Versuch einer Historie der gedruckten Niedersächsischen Bibeln vom Iahr 1470 — 1621. Halae 1775. 4. *Eiusdem* Verzeichnis seiner Sammlung seltner und merkwürdiger Bibeln etc. Halae 1777. 4. Additamenta Goetzius dedit Hamburg et Lips. 1777. 4. — iterum Hamburg. et Helmstad. 1778. 4. — Cel. *Panzer*, cuius amplissima editionum S. S. collectio in ducalem bibliothecam Würtembergensem venit, plura, quae huc facerent, edidit opera: *Georg. Wolfgang Panzers* litterarische Nachricht von den allerältesten gedruckten deutschen Bi-

latinae editionis, f. *veterum sacr. bibliorum fragmenta*, iuxta graecam, vulgatam et hexaplarem, *latinam antiquam Italam.* Romae 1740. fol. atque Euangeliarium quadruplex *latinae versionis antiquae f. veteris Italicae*, nunc primum in lucem ex codd. msstis aureis, argenteis, purpureis aliisque plus quam millenariae antiquitatis — a *Iosepho Blanchino*. vol. I. II. Romae 1749. fol. coll. *Mittenzwey* diss. Antiblanchiana. Lipsiae 1760. 4. — Bezae interpretationem latin. examinat, et illi aliisque praefert versionem vulgatam *Boisius* in libro admodum raro: *Veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio in quatuor euangeliis et apostolorum actis.* In qua annon saepius absque iusta satis caussa hi ab illo discesserint, disquiritur. Autore *Iohanne Boisio* — Londini 1655. 8. de quo libro v. *I. Georg. Walchii* bibl. theol. selest. tom. IV. pag. 624. *Baumgartenii* Nachrichten von einer hallisch. Bibl. tom. VI. pag. 286. *Masch* Beiträge etc. part. VIII. p. 584. sqq.

Bibeln. Noribergae 1777. 4. Septem germanicas bibliorum verſiones intra a. 1462 — 1475 typis expreſſas reperit, quae licet ſint variae, tamen vnica verſio eſſe videtur. — Neque vero iuniores editiones ſunt tantum antiquiorum iterationes. Ante diſciplinam chriſtianam per Lutherum emendatam quatuordecim germ. verſiones notae ſunt. — *Eiusdem.* Geſchichte der Nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel von Erfindung der Buchdruckerkunſt bis auf unſere Zeiten. ibid. 1778. 4. Secundum temporis ordinem recenſentur et adcurate deſcribuntur XXIII. germanicae et latinae verſiones, ante Lutheri reformationem ibi excuſae. — *Eiusdem* ausführliche Beſchreibung der älteſten Augſpurgiſchen Ausgaben der Bibel mit litterariſchen Anmerkungen. ibid. 1780. 4. Incipit ab inuenta arte typographica, et deſinit in editt. a. 1540. In dubium vocat, quae biblia latina *Io. Baemler* 1466. et germanica idem 1467 typis deſcripſiſſe dicitur. — De antiquiſſima lat. et germ. verſionis edit. *Bambergenſi* a. 1462. notatu ſcituque digna leguntur in *Meuſelii* hiſtoriſch-litterariſch-bibliograph. Magazin part, V. Chemnitz. 1792. 8. pag. 1. ſqq. *M. I. A. Steiner* über die älteſte Buchdrucker Geſchichte Bambergs, et part. VII. et VIII. ibid. 1794. pag. 22. ſqq. *L.* (Langeri) Noch etwas die älteſte Buchdruckergeſchichte von Bamberg betreffend. Eiusdem *Panzeri* Geſchichte der römiſch-catholiſchen deutſchen Bibelüberſetzungen, ibid. 1781. 4. — Eiusdem *Panzeri* Entwurf einer vollſtändigen Geſchichte der deutſchen Bibelüberſetzung D. Martin Luthers vom Iahr 1517 — 1581. Noribergae

gae 1783. 8. a. 1791. nouum accepit liber titulum, additamentis separatim adiectis. — Add. Die Bibel Geschichte in einigen Beyträgen, erläutert von *Iosias Lorck*, Prediger an der deutschen Friedrichskirche zu Koppenhagen. P. I. Hauniae et Lipsiae. 1779. m. 8. P. II. 1783. Haec Lorckiana collectio etiam transiit in ducalem bibl. Würtemberg. v. Bibliotheca biblica S. Würtembergens. ducis, olim Lorckiana. edita a *Iac. Georg. Adler*. Altonae 1787. m. 4. — *D. Ioan. Frid. Mayeri* historia versionis germanicae bibliorum D. Martini Lutheri. Acc. mantissa de translationibus bibliorum germanicis ante Lutherum siue editis siue ineditis et de notis veterum biblicis dissertatt. Hamburgi (1701.) 4. *Ioach.* autem *Lange* in Aufricht. Nachrichten tom. VI. pag. 66. et M. *Krafft*, verbi diuini minister apud Sanderslebens. in Holsatia, in lib. Emendanda et corrigenda quaedam in historia versionis germ. biblior. D. Mart. Lutheri Mayeriana etc. Mayerum errorum et soloecismorum historicorum arguunt. Per hanc occasionem mentionem quoque faciam nouae versionis *Bahrdtianae*, quae tragoedias excitauit: die neuesten Offenbarungen Gottes in Briefen und Erzählungen verdeutscht durch D. *Carl. Frider. Bahrdt*, Rigae 1773. sq. IIII. Vol. rec. Frankenth. 1777. quam nouam interpretationem valde exagitauit *I. Melch. Goetze*, in Beweis, dass die Bahrdtische Uebersetzung des N. T. keine Uebersetzung sey etc. Hamburg. 1773. 8. Sed hactenus de versionibus: recentiorum enim versiones siue integri N. T. siue singulorum librorum latinas et germanicas enumerare non vacat.

6. Libros autem illos diuinos, qui notitiam ſeruatoris noſtri, eiusque legatorum plenam certamque tradunt; voluntatem dei ac normam vitae noſtrae pie et ſapienter inſtituendae aperte declarant, atque praecepta ſuppeditant ſaluberrima, a primo fere ortu a variis vario diuerſoque modo frequenter eſſe explicitos, nemini videbitur mirum, qui et ingenii humani imbecillitatem non minus quam diuerſitatem, multitudinem, grauitatem ac difficultatem rerum in S. S. obuiarum perpendat. Neque tamen tam diuerſa interpretandi et ſcribendi genera, quae et omnis antiquitas et recentior aetas vſurpauit, fidei, aut dignitati diuinorum librorum aliquid detrahunt; ſed ingenia hominum eruditorum et proborum ad corroborandam veritatem et ab impetu aduerſariorum vindicandam magis magisque acuunt. Alii vero genus amarunt myſticum ſiue allegoricum, quod antiquiſſimum fuit; alii dogmaticum; alii grammaticum aut antiquarium; alii grammatico rhetoricum; alii mixtum. Tum alii commentarios aut ſcholia in omnes; alii in ſingulares quosdam libros; alii obſeruationes in ſelecta loca; alii aliter ſcripſerunt. *) Tum fuerunt, qui ex antiquitatibus

*) Paucos minores libellos, qui huc pertineant, memorare iuuat: *M. Io. Leuchteri* diſſ. Praeſ. Henrico Clauſingio, vindiciarum, S. codicis a ταυτολογιας criminatione, Lipſ. 1721. — *Io. Guil. Bergeri* diſſ. γλυκυτητος ſacrae vim ediſſerit, Witteb. 1716. — *Balthaſ. Bebelii* diſſ. de phraſi N. T. Witteberg. 1659. — *Henke* diſſ. praeſ. Io. Henr Michaelis, de textu N. T. gracco, Halae 1707. rec. auct. 1720. — *Henr. Iac. van Basbuyſen* diſp. de Emphaſi ſtili N. T. Serueſt. 1728. Praeſ. *Chriſt. Sontagio* diſſ. Paul. Iacob.

tatibus iudaicis aut auctoribus classicis profanis explicarent scriptores sacros, aut pro puritate linguae

Iacob. Starckh, Spicilegium Obss. exeget. in sex ἁπαξ-λεγομένων N. T. Altdorf. 1691. *Gustau. Georgii Zeltneri* disp. euangelium τετραγραμματον e N. T. exulans. Altdorf. 1722. 4. — *Gottlob Erdm. Zeibichii* specimen obss. in N. T. ex numismatis antiquis. Witembergae 1743. 4. *Andreae Kesleri* diss. praeside Io. Maiore de dictorum V. T. in nouo allegatione, Ienae 1627. rec. 1729. *Io. Henr. a Seelen* consideratio controuersiae de N. T. inter Desiderium Erasmum atque Eduardum Leum agitatae. Lubecae 1730. 4. — *I. F. Heynaz* diss. examen canonum criticorum N. T. Mastrichtianorum. Francof. ad Viadr. 1792. 4. — *I. D. Schumann* specimina obss. ex veteribus ecclesiae scriptoribus spec. I. de loco Tertulliani adu. Marcionem IV. 5. — spec. II. Cerdon atque Marcion libri apocalyptici testes. — specim. III. de interpolationibus quibusdam codici N. T. Tertullianeo adfictis. Hannouer 1775. 1776. 4. — *I. Ern. Imman Walchii* comm. de Apostolorum litteris authenticis a Tertulliano commemoratis. Ienae 1753. 4. — *Io. Christoph. Gottleberi* erudita pulcraque disp. de emphasium iudicandarum difficultate. Altdorf. 1761. 4. — *Vnaei* specimen vsus parallelismi verborum LXX. interpretum in illustr. N. T. diss. Vpsal. 1781. — *M. Io. Ioach. Christiani Freislében* diss. Prodromus litterariae S. S. in primis N. T. interpretum. Lipsiae 1758. 4. — *I. Christ. Gottlieb Ernesti* disp. de vsu vitae communis ad interpretationem N. T. Lipsiae 1779. 4. — D. *Fr. Beni. Gautschii* specimen exercitation. grammaticarum ad illustrandum. N. T. e versione LXX. interpretum, specim. I. Bremae 1778. 8. — specimen II. Francof. et Lipsiae 1786. 8. — *Christ. Gottl. Künoel* diss. de amico V. et N. T. consensu. Lipsiae 1788. 4. — M. *Aug. Frid. Cari* disp. Historia antiquior sen-

guae tamquam pro aris et focis dimicarent. Omnes autem commentatores et interpretes, cuiuscumque generis enumerare, foret infinitum: atque ingentem catalogum dederunt *Fabricius* in B. Gr. vol. IV. *Saxe* in Onom. I. pag. 226. ſq. *Rumpaeus* in comment. crit. ad N. T. §. 52. pag. 483. ſqq. — Biblioth. disputationum theologico-philologico-exegeticarum in V. et N. T. ſiue notitia, repraeſentans elegantiores disputatt in V. et N. T. loca. part. I — III. ſtudio et ſumt. *Chph. Henr. Scheteligii*. Hamburgi 1736. 1737. 4. et *Lilienthal* in Bibliſchen Archiuario, qui quidem ſingulis paginis *) mire poteſt locupletari et in bibl. exegetiſch. Bibliothec. Adde quoque *Io. Sal. Semleri* Inſtitut. breuior. ad liberalem erudit. theolog. Libr. I. pag. 36. ſqq. Eiusdem Apparatum ad liberalem N. T. interpretationem, libr. I. cap. 2. et 3. *Simonis* introduct. pag. 241. ſqq. *Erneſti* Inſtitut. interpr. Part. II. Cap. IX. et *Io. Chriſt. Friederic. Schulz* adpendicem ad partem II. libri ab ipſo verſi:

ſententiarum eccleſiae graecae de accommodatione, Chriſto in primis et apoſtolis tributa. Lipſiae 1793. 4. — *Guil. Nicol. Freudentheil* comment. de cod. ſacro, more in reliquis antiquitatis libris ſollemni, ingenue interpretando, adiectis difficultatibus N. T. propriis. Chemnic. 1791. 8. — *Storr* diſſ. exeget. in aliquot libros hiſtoricos N. T. loca. Tubingae. 1791. 1794. — *Frommanni* interpretationes N. T. ex Irenaeo, progr. I. II. — eiusd. interpretatt. N. T. ex Hippolyto, progr. I. II. — eiusd. Obſeruatt. ad interpret. N. T. ex Clemente Romano. progr. I. II. Coburgi. 1765 — 1768. Sed haec ſufficiant.

*) Atque multa ſupplementa iam ſunt collecta in noua bibliotheca Lubecenſi, vol. VIII. pag. 120. ſqq.

ſi: Neue Einleitung in das Studium und die Kenntniſſ des neuen Teſtaments II. Theil, aus dem Engliſchen des Herrn *Harwoods* überſetzt, auch mit Anmerkungen, eignen Abhandlungen — vermehrt etc. Halae 1770. 8. Ille autem, quem Schulz in Adpendice confecit, catalogus, minus plenus, praecipuorum, qui in S. S. commentati ſunt, ſcriptorum, poteſt amplificari. Egó vero in praeſenti in quorumdam ſubſidiorum commemoratione adquieſcam.

Hugonis Grotii adnotationes (praeclarae) in N. T. quas *Chriſt. Erneſt. de Windheim* Erlangae 1755. ſq. typis recudi fecit. *Io. Rudolph. Salchlini* obſeruatt. philolog. in varia V. et N. T. loca ex Pindari Olymp. et Pythion. Tiguri; item *Altmanni* obſſ. philol. in libros N. T. tom. I. ſedecim prima capita Matthaeì complexus, Bernae 1736. 8. memorantur in Tempe Heluetic. tom. II. ſect. II. pag. 335. et 339. *Chriſto. Ioan. Godofr. Haymann*, rector ſcholae Dresdens. Particula obſeruationum ex Apollodoro in quaedam N. F. loca, Dresdae 1772. 4. *Loesneri*, Prof. Lipſiens obſeruationes ad nouum teſtamentum e Philone Alexandrino, Lipſ. 1777. 8. *Ad. Frid. Kühnii* ſpicilegium Loesneri Obſſ. ad N. T. ex Philone. Pfortae 1785. — Specimen obſſ. philol. in N. T. ex Artemidoro: in bibl. noua Bremenſi, faſc. II. cl. V. — *Chr. Gottfr. Küttneri* hypomnemata in N. T. quibus graecitas eius explicatur. Lipſiae 1780. 8. *Kypkii*, *Palairet*, *Knatchbul*, *Io. Chph. Wolfii*, *I. Chriſt. Koecheri*, (qui Analecta philol. et exegetica in IV. euang. quibus Wolfii curae etc. ſupplentur, Altenburgi, 1766. 4. edidit,) *Raphelii*, *L. Boſii*, *Els-*

Elsneri, *Alberti*, *Krebsii*, *Munthe* etc. obss. et adnotatt. philolog. in N. T. sunt notae, et ab aliis iam saepe laudatae. — *C. H. Langii* obseruatt. S. Lubecae 1737. 8. eiusdem specim. obss. in N. T. ex Luciano et Dionysio Halicarn. Lubecae 1732. 8. — *Io. Frid. Hombergk zu Vach* Parerga sacra, seu obss. quaedam ad N. T. Traiecti ad Rhen. 1612. 4. — *I. Dan. ab Houen* curae-Wolfianis posteriores. Amstel. 1766. 8. — *Gerh. Horrei* animadu. S. profanae ad selecta N. T. scriptorumque exterorum loca. Harlingae 1749. 8. — *Frid. Lud. Abreschii* animadu. ad Aeschylum libri II. Acc. adnotatt. ad quaedam loca N. T. Middelborgi. 1749. 8. — *Iac. de Rhoer* Feriae Dauentriens. Trai. ad Rh. 1758. 8. — cel. mihique amicissimi *Io. Georg. Rosenmülleri* scholia in nouum testamentum, Noribergae 1777. — 1784. VI. tomi. in 8. et 4. — editio *quarta*, auctior et emendatior. ibid. 1792. sqq. — *Io. Ioachim Bellermann* specimen animaduersionum in N. F. libros ex Homeri Iliad. Rhaphodia A. Erfurt. 1785. 4. — Silua critica, siue in auctores sacros, profanosque commentarius philologicus. Concinnauit *Gilbertus Wackefield*, A. B. et collegii Iesu apud Cantabrig. nuper socius. Cantabr. et Londini pars. I. 1789. m. 8. in qua auctores graeci potissimum emendantur; pars II. 1790. in qua ille libros sacros, in primis euangelia atque acta apostolorum varia fortuna critice persequitur, et lectionem, saepe praeter necessitatem siue ex coniectura siue ex codd. mutat, aut significatum verborum formulasque loquendi, comparando similia loca, illustrat: multa tamen profanorum, Theocriti, Pindari, Sophoclis, Athenaei,

naei, praecipue Euripidis loca tentat. pariter part. III. 1792. et part. IV. 1793. Sed conf. censuram libri in ephem. litt. Lipsiens. a. 1792. plag. 3. pag. 18. sqq. — *Chr. Theoph. Kuinoel*, Prof. Lips. Obseruatt. ad N. T. ex libris apocryphis V. T. Lipsiae 1794. 8. — Adde *I. Henrici Ernesti* de orationibus in N. T. occurrentibus, Lips. 1682. — *Sam. Frider. Nathan. Mori*, defension. narrationum N. T. quoad modum narrandi, Lips. 1766. 4. — *D. Christi. Wilh. Franz Walchs* kritische Untersuchung vom Gebrauch der heiligen Schrift unter den alten Christen in den vier ersten Iahrhunderten. Lipsiae. 1779. mai. 8.

7. Ad perfectum autem N. T. interpretem formandum plura praesidia eruditionis et maior paene litterarum copia fere requiruntur, quam ad absolutum profanorum scriptorum interpretem. At enim nemoadspiret ad famam et honorem philologi sacri, aut facultatem legitimae interpretationis consequutus sibi videatur, nisi in lectione et interpretatione humanorum veterum scriptorum diu probeque versatus, quasi sit veteranus. Quaecumque enim artes, litterae et subsidia, praeter ingenii vbertatem et iudicii sagacitatem, efficiunt bonum peritumque profanorum auctorum interpretem, nempe accurata linguae et antiquitatis scientia, subtile critices et grammatices studium, sobria philosophandi ratio, historiae antiquae *) et chronologiae cognitio, ea omnia adferre

*) Conf. *Io. Tob. Krebsii* de vsu et praestantia rom. historiae in N. T. interpretatione. Lipsiae. 1745. 8.

ferre debet interpres N. T. qui suis oculis videre, et vera a falsis discernere cupiat. Accedat autem oportet et linguarum et rituum orientalium cognitio, cuius ope verum orationis sensum, qui vnicus esse potest, et ingenium et loquendi formulas, omnemque phrasin diuinorum scriptorum perspiciat. (Conf. *Ernesti* institut. interpr. cap. vltim.) Quare haud mirum est, cur tanta sit consummatorum interpretum paucitas, quantam perfectorum oratorum esse, adfirmauit *Cicero* de Oratore libro I. Interea quum haud adeo multis adire Corinthum contingat, vel propter tumultuariam et peruersam viuendi litterasque sacras tractandi rationem, vel propter torporem, segnitiem aut malignitatem siue fortunae, siue ingenii, vel propter ipsorum doctorum stultitiam aut ignorantiam iudiciaque mentis praeoccupata, exegeseos studiosi subsidia, maxime necessaria, ad facultatem sibi comparandam, in his lexica melioris notae obtinere studeant. Omnibus quidem numeris absolutum lexicon N. T. nondum habemus, atque cl. *Fischerus*, in pluribus prolusionibus, vitia et defectus lexicorum N. T. vbertim docteque demonstrauit, qui, si quis alius, tali labori suscipiendo ac profligando vnice aptus videtur. Interim commendanda sunt lexica: 1) *Stockii* clauis N. T. ex edit. *Io. Frid. Fischeri*, Ienae 1752. 8. idem cl. Fischerus edidit *G. Pasoris* lexicon manuale, emendatum et auctum, Lips. 1755. 8. et *Vorstii* philolog. sacram.

8. — M. *Io. Andr. Cleffelii* diss. de interpretatione N. T. ex scriptoribus profanis obseruatoris Kiloniensis, (Moshemii.) argutationibus opposita. Wittebergae. 1722. 4.

ſacram. Lips. 1778. 8. — 2) *Eduardi Leigh* critica ſacra, ſiue obſeruationes philologico-theologicae in omnes voces graecas N. T. iuxta ordinem alphabeticum etc. editio, (quam equidem habeo,) latina quinta — acceſſit appendix noua vocum in codice graeco LXX. interpretum et Apocryphis occurrentium etc. Gothae 1706. 4. — 3) *Io. Conradi Schwarz* commentarii critici et philologi linguae graecae noui foederis diuini, Lipſ. 1736. 8. — in primis vero 4) nouum lexicon graeco-latinum in N. T. congeſſit et adnotationibus philologicis in vſum ſcholarum illuſtrauit *Chriſtian Schoettgenius*, nunc recenſuit, quam plurimis locorum interpretationibus auxit, et variis obſeruationibus philologicis locupletauit *Io. Tobias Krebſius*, Lipſ. 1765. 8. In id lexicon ſcripſit *Gottleber* animaduerſiones et ſcholia, ſpec. I. Annabergae 1769. — ſpec. II. 1771. — Sed Schoettgenii et Krebſii operam longe ſuperauit cum *Spohn*, tum in primis *Schleuſnerus*. Prioris opus inſcriptum eſt: *Nouum Lexicon graeco-latinum in N. T.* congeſſit et — illuſtrauit Chriſtian Schoettgenius; nunc poſt I. T. Krebſium recenſuit, auxit et variis obſſ. philologicis et criticis locupletauit M. *Gottlieb Leberecht Spohn*, Prof. philos. et Prorector archigymnaſii Tremonſis, (poſtea Prof. theol. Witteberg. deſignatus et hoc anno 1794. Wittebergae mortuus,) Lipſiae 1790. 8. Nec tamen ſatisfecit eruditorum votis, et omnibus idonei interpretis oraculorum diuinorum N. T. officiis. Poſterior igitur multo plura praeſtitit, et opus tam vtriusque philologiae cultoribus vtile, quam omnino ad ſacrorum librorum intelligentiam prae-

praestans confecit huius sententiae: *Nouum Lexicon graeco-latinum in N. T.* congessit et variis obseruatt. philolog. illustrauit *Io. Frid. Schleusner*, philos. et theol. D. huiusque P. P. O. Göttingensis. Lipsiae 1792. m. 8. II. tom. Huc etiam pertinent 1) *Bengelii* varia scripta, quae Clemm, Michaelis II. mem. et Saxe in Onom. I. pag. 223. sq. recensent. E quibus tamen hic memorandus est; *Gnomon N. T.* in quo ex natiua verborum vi simplicitas, profunditas, concinnitas sensuum coelestium indicatur, Tubingae 1742. 4. cuius tertia editio auctior et emendatior prodiit cura filii *M. Ern. Bengelii* II. Vol. Tubingae 1774. cui adiungenda est *Io. Alb. Burkii* clauis Gnomonica, terminos grammaticos et rhetoricos, quibus Gnomon N. T. Bengelianus vtitur, explicans, Tubingae 1744. 4. 2) *Sigismundi Frid. Dresigii* commentarius de verbis mediis N. T. nunc (post interitum Dresigii) primum editus a *I. Fr. Fischero.* Addita est praeter L. Küsteri libellum, Io. Clerici diss. de eodem genere verborum graecorum, e lingua franco-gallica conuersa, Lips. 1755. 8. 3) *Glassii* philologia sacra, a Dathe 1776. edita et meliore habitu quasi induta. 4) *Adriani Kluit* vindiciae articuli ὁ, ἡ, τὸ in N. T. part. prioris tom. I — III. Trai. ad Rhen. 1768 — 71. part. poster. tom. I. et II. Alcmar. 1768. et 1769. 8. batauica lingua conscriptum est opus et recens. in philol. bibl. vol. II. part. 8. Gotting. 1774. 8. pag. 673. sqq. At haec sufficiant. Plura desiderantibus, Rumpaeus, Pritius eiusque doctus editor, Hoffmannus, Simonius, Michaelis, Semlerus, Harwood, aliique omnino satisfacient. Nos vero

vero ipſum diuini noſtri ſoteros, eiusque legatorum, quorum libellos verſamus, vitam ſcriptaque paucis perſequemur.

§. 2.

IESVS CHRISTVS ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΣ CONSERVATOR ET DOMINVS NOSTER

1. De anno, menſe et die, quo editus fuit homo, non conſentiunt viri docti. Alixius, van Till *), Lupus, Manni, et ceteri, qui Chronologias contexuerunt, diuerſimode rationes ſubduxerunt, aliique, quos recenſet *Fabricius* in bibliographia antiquaria cap. VII. — Primis ſaeculis duae primariae innotuerunt ſententiae, quarum altera, Ieſum natum eſſe d. VI. Ianuar. a. Auguſti 42. quae fuit antiquiſſima, et a fine ſaeculi II. in eccleſia orientali et Aegypto inualuit; altera, quae multo recentior ſaec. fere IIII. in eccleſia latina celebrata eſt, d. XXV. Dec. anni 42 Auguſti Chriſtum editum eſſe, adſumit. Ego vero tantis litibus componendis impar ſum. Cel. *Saxe* eos ſequitur in Onomaſt. lit. I. pag. 210. qui Ieſum natum eſſe putent Olymp. CXCIV. 1. vel 2. vrbis 750. vel

*) In diſſ. — de anno, menſe et die nati Chriſti, Phoſphoro eius prophetico, Lugd. B. 1700. 4. ſubiuncta. Is putat, Chriſtum natum eſſe d. XXI. Oct. quatuor annis ante vulgatam aeram: cuius rationes refellit *Io. Mark*, theol. Lugdun. in Sylloge diſſertatt. Roterod. 1721. 4. exercit. I. ad Matth. II. 21 22.

vel 751. vita autem in fepulcro diuinitus refumta in coelum rediiffe fublmen Olymp. CCII. 4. Vrbis 785. aetat. 32. annus vero baptismi et muneris aufpicalis ei cum Pagio in Critica Baron. Tom. I. ad a. C. 29. et 32. fuiffe videtur vndetricefimus vel tricefimus. Alii aliter fentiunt. In alia omnia tranfit *P. Dominic. Magnan*, qui edidit: Problema de anno natiuitatis Chrifti, vbi occafionem offerente vetere Herodis Antipae numo, in numophylacio Clementis XIV. P. O. M. adferuato, Chriftum natum effe anno VIII. ante aeram vulgarem, contra veteres omnes et recentiores chronologos, Romae 1773. 8. Is nempe putat, initium vulgaris fiue Dionyfiacae aerae cadere in 1. Ian. iulianae periodi 4714. coss. Iulio Caefare et C. Aemilio Paullo, et Chriftum natum effe anno octauo ante aeram vulgarem d. 25. Decembris; circumcifum d. I. Ianuar. etc. plura vide in ephemerid. literar. Gottingens. plag. 157. an. 1774. eiusque fententia iam refutata eft ab Ernefti, theologo Lipfienfi, Vhlandio, Prof. Tubingenfi, (1775.) et Wernsdorfio theologo Wittebergenfi in fingularibus prolufionibus. — (*De Horix*) in Obferuatt. hiftorico-chronologicis de annis Chrifti faluatoris, Mogunt. 1789. 8. Magnani fententiam, Iefum octauo anno ante aeram vulgatam, a. v. c. 746. a. 38. aerae Iulianae in lucem editum effe, ingeniofe docteque explicat; fed graues dubitationes; quae illam concutiunt hypothefin, mouet cenfor in Go tting. ephem. litter. a. 1789. plag. 80. pag. 806 — 808. — Auctor programmatis: de momentis quibusdam hiftoricis et chronologicis ad determinandum Chri-

fti

ſti diem natalem neceſſariis; Helmſtadii 1755. 4. rationes ſubduxiſſe ſibi videtur, Ieſum natum eſſe anno ab o. c. 4000. a. Auguſti 42. in menſe *primo* iudaico Niſan, et quidem die eius ſexto, ſiue XVII. Martii, qui illo anno erat Sabbatum — *Kluit* in Vindiciis paullo ante ſub finem ſuperioris paragr. memoratis, tom. II. fin. in peculiari comment. annum nati Ieſu collocat in a. v. c. 748. per. iulian. 4708, *Henſchen* in actis Sanctorum m. Aprilis 1675. vol. I. in prooemio natalem Chriſti diem ponit in a. quinto vulgaris aerae; mortis autem diem in conſulatu Geminorum, Rubellii et Rufi; *Priſtley*, homo noua parturiens, qui Manni hypotheſin magis firmare, nouisque corroborare ſtudet hypotheſibus, in: A Harmony of the Evangeliſts in Greek to which are prefixed critical diſſertations in Engliſh, Londini 1777. 4 II. voll. Ieſum, opinatur, natum eſſe anno ſeptimo ante ſuetam chronologiam, et vltimo ſupplicio adfectum a. 29 aetatis ſuae. Auctor libelli: *D. A. Q. R.* vom wahren Alter ſowohl der Welt, als auch unſers Heylands, wie ſolches aus genauer Uebereinſtimmung der Sternkunſt mit der Geſchichte. Lips. 1721. 4. pag. 32. ſqq. demonſtrare conatur, Ieſum natum a. ſecundo poſt aeram ſuetam a. m. 3969. d. 15. menſis VII. — Enimuero diem et annum eſſe nobis incertos, nec poſſe vlla humana diligentia acieque ingenii erui, eorumque, qui ad calculos ſedeant, laborem improbum et ſtudium inane multo minus priuata cuiuslibet auctoritate definiri, aliisque adſenſum imperari, iudico cum *D. Koernero*, theologo quondam Lipſienſi, in progr. illius de die natali Seruatoris. Lipſiae 1778.

 4.

4. — Commendandi quoque ſunt *Antonii Bynaei* de natali Ieſu Chriſti libri II. acc. diſſ. de I. C. circumciſione Amſtel. 1689. 4. et *eiusdem* de morte I. C. ibid. lib. I. 1691. II. 1696. III. 1698. 4.

2. Vitam, fataque et praecepta tanto magiſtro ipſoque deo digna atque ſaluberrima expoſuerunt eius legati: alii vero vt *Harmoniarum* *) conditores et nuper *Heſſ*, **) Heluetus, *Büſching*, *Michaelis*, *Priſtley*, etc. diuerſa ſaepius ratione in ordinem redegerunt et explicuerunt. Adde, die Lebensgeſchichte Ieſu, in einem harmoniſchen Zuſammenhange der vier Evangeliſten, und zugleich die Göttlichkeit aller Kanoniſchen Bücher alten und neuen Teſtaments, gegen Herrn D. Semler, und andere neue Schrifterklärer vertheidigt und gerettet, von M. *Chriſt. Gottl. Fr. Wolf*, Pfarrer zu Brobſtheyda, Lipſ. 1776. 4. — Chriſto infanti multa miracula fuiſſe olim adficta, nemo, qui ingenii humani infirmitatem aeuique antiquioris ſuperſtitionem nouerit, facile erit, qui miretur. Eiusmodi fabulas collectas traditasque reperies in libello, a Gelaſio pontifice rom. in concilio romano a. 494. libris apocryphis adnumerato inſcriptoque *Euangelium infantiae Chriſti*, quod *Henr.*

*) Inter *harmoniarum* ſcriptores quodammodo locum iam obtinuit *Ludolphus de Saxonia* in Vita I. C. — ex euangelio et approbatis ab eccleſia catholica doctoribus *ſedule* collecta. etc. tom. II. Argent. 1474. Noriberg. ap. Ant. Koburger 1478. fol. max. Argent. 1483. fol. Norib. 1483. 1493. 1495. fol. v. *Bauer* bibl. libr. rar. I. p. 316. ſq. — Paris. 1502. v. Krohn. Cat. p. 68.

**) Lebensgeſchichte Ieſu, edit. VII. Tiguri, 1794. II. voll. 8.

Henr. Sicke, arabice ex codice Goliano cum versione latina notisque edidit, Vltraiecti 1697. latinam versionem recudi fecit, notasque subiecit *I. Alb. Fabricius* in codice apocrypho N. T. part. I. pag. 168. sqq. praemisit vero a pag. 127. *euangelium infantiae Christi, adscriptum Thomae apostolo*, gr. cum versione *Io. Baptistae Cotelerii*, atque testimonia et censuras de illo euangelio. adde infra, §. 10. not. — Ex illa lat. versione nescio quis germanice reddit: *Das Euangelium der Kindheit Iesu aus dem Arabischen*, Ierusalem a. 5738. h. e. 1789. 8. sed valde culpatur in Ien. A. L. Z. a. 1793. nr. 29. p. 231. — Quaestio quoque orta est, num Christus *graece* loquutus sit. conf. *Dominici Diodati* I. C. Neapolitani de Christo graece loquente; Neapoli 1767. 8. voll. tamen censura in *Ernesti* neuesten theol. Biblioth. I. part. III. pag 269. sqq. — *Giambernardo de Rossi* dissertazione della lingua propria *di Christo* et degli Ebrei nazionali delle Palestina da' tempi de' Maccabei. Parmae 1772. 4. — Christi quoque imagines fingebantur, de quibus et monumentis scriptisque suppostitiis egit *Io. Reiskius* in diss. de imagine Christi Iesu Abgarena siue Edessena, Ienae 1671. 4. — idem de imag. C. I. factis iuxta Lentuli epistolam ac Nicephori descriptionem, aut per numismata excusis, ibid. 1672. — idem de imaginibus C. I. quos S. Veronicae, mulieri haemorrhousae, S. Lucae, et Nicodemo attribuunt. Ibid. 1671. — *I. Bened. Carpzou.* de oris et corporis I. C. forma Pseudo-Lentuli, Ioh. Damasceni ac Nicephori Prosopographiae: obiter Neo Zopyrorum Christicones inducuntur. Helmstadii. 1777. 4. — Idem

 scripsit

ſcripſit Erotopaegnia ſacra, ſeu pueritiae et iuuentutis Ieſu miſcellanea. ibid. 1771. 4. Ipſe vero nihil ſcripſit: v. *Koerneri* Pro. de ſermonibus Chriſti ἀγράφοις, Lipſ. 1776. et epiſtola, quae ſub nomine eius circumfertur, eſt ſuppoſititia.

3. Epiſtolae illae mutuae reperiuntur primum demum prolatae, graece, in *Euſebii* hiſtor. eccleſ. Libr. I. cap. 13 cum verſione Rufini; in *I. Alb Fabricii* cod. Apocryph. N. T. pag. 317. adde pag 303. ſqq. de ſcriptis et dictis Ieſu Chriſto tributis: in *Clemmii* Einleitung in die Religion etc. graece et lat. §. 164. atque in paragraphis ſequentibus argumenta pro fide illarum et contra iſtam proponuntur, atque ponderantur. — arabice et latine ex bibliotheca D Io. Elichmanni, in Hier. Xauerii hiſtoria Chriſti, perſice conſcripta, Lugd. B. 1639. 4. pag. 612. — Memorabo antiquam raramque collectionem, (quam *Freytag* in analectis litter. pag. 829 ſqq. vberius deſcribit.) *Epiſtola D. Schwrli* (Scheurli) ad Charitatem Pirchameram: carmen Conradi Celtis ad eandem. *Epiſtola Pilati ad Tyberium Ceſarem. Epiſtola Lentuli ad Tyber. Ceſarem. Epiſtola Abgari ad Ieſum ſaluatorem. Epiſtola reſponſiua ad Abgarum.* Vtilitates Miſſe. etc. 4. Epiſtola dedicatoria eſt ſcripta Bononiae 1506. — De Abgaro v. La Croz. thes. epiſtol I. pag. 353 etc. — De epiſtola Chriſti ad Abgarum ſpeciatim contra theologum Anglum Guil. Caue, (qui eam eſſe genuinam, male contendit,) diſputauit eamque eſſe ſpuriam duodecim argumentis vſus oſtendit *M. Io. Chriſtph. Frauendorff.* Lipſiae 1693. 4. — M. *Georg. Henr. Goetzii* diſſ. de Chriſti ſcriptis (ſpuriis) Witteb.

Witteb. 1687. 4. — *I. Sal. Semleri* diss. de Christi ad Abgarum epistola. Halae Sax. 1760. 4. rec. 1768. 4. — *Christi* tamen commercium cum Abgaro epistolicum inter probabilissima facta numerat et argumenta contraria dissoluere adnititur *Honoratus a S. Maria*, Carmelita discalceatus in suis animaduersionibus criticis tom. II. diss. II. cuius sententiam et conamen laudat *P. Alexander a S. Ioanne de Cruce*, Carmelita excalceatus in nota ad suam lat. versionem libri: Ad Claudii Fleury Abb. histor. ecclesiasticam introduct. s. historia V. et N. T. tom. IV. August. Vindelic. 1789. pag. 785. —— De Monogrammate Christi vid. *Franc. Anton. Zaccaria* in diss. lat. de rebus ad historiam atque antiquitt. ecclesiae pertinentibus, Fulign. 1781. vol. I. n. 3. idem ibid. nr. 5. agit de inuentione sanctae crucis, contendens, ab Helena reapse crucem Christi veram esse inuentam. —— In cod. Matrit. regio CV. non solum sunt spuriae istae Abgari (Ἀκβάρȣ in textu graeco,) et Iesu epistolae mutuae; sed etiam epistola ficta *Claudii Sylae* ad ducem (ἡγεμόνα) *Philicem* (Φίλικα) de Iesu a Iudaeis accusato; sed propter iniustam Iudaeorum caussam et insidias a Sila ad Philicem misso, graece cum versione lat. edita ab *Iriarto* in catal codd. Matrit. pag. 414. qui etiam pag. 415. sqq. ex eod. codice publicauit gr. et lat. *notitiam XII. apostolorum*, vberiorem, quam a *Fabricio* in biblioth. eccles. Hamburgi 1718. pag. 224. est edita. —— In Anecdotorum litterarior. ex MSS. codicibus erutorum vol. I. Romae 1773. 8. nr. IV. ab Amadutio primum edita est *epistola apocrypha Iesu Christi ad D. Petrum*, ex cod. mst.

ecclesiae Tudertinae, et Amad. in prooemio agit de illa, quam haud diuersam esse opinatur ab epistola dominica, quam a coelo lapsam nugabantur superstitiosi homines, et quam *Fabric.* in cod. apocr. N. T, II. §. VI. pag. 308. memorat, atque in Syria, etiam in terris Malabarens. fuisse celebratam, suspicatur Amadutius.

4. Conf. *Rumpaei* comment. crit. ad N. T. libros §. 18. sqq. qui §. 22. de *Mariae* pseudoscriptis agit; *Io. G. Michaelis* exercit. theologico-critica de eo: num Christus dominus aliquid scripserit? sin minus, quae huius rei sit ratio? et an illa scriptionis intermissio rei christianae sit detrimentum: in collectione symbolarum literar. Bremensium, altera, nr. III. pag. 85. *Io. Reinhard. Rusii* disp. qua sistit introductionem in N. T. generalem, Ienae 1733. pag. 22. sqq. Praeterea vide *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. *Hamberg.* Z. N. Vol. II. pag. 1. atque de *Maria* deipara pag. 56. *Saxe* l. cit. et alios, quos docti illi homines iam excitarunt. *) —— *Canon in dormitionem dei genitricis* prosaicus in odas siue strophas XI. distributus, auctore Io. Damasceno, editus est ex cod. Matrit. ab *Iriarto* loco supra citato, pag. 418. sqq. gr. cum versione Iriarti latina.

§. 3.

Sequuntur Euangelistae atque Apostoli, quorum libellis codex sacer N. T. absoluitur: in quibus recensendis eum seruabo ordinem, quem nostrae

*) Varia collegit M. *Iungius* in disp. praeside *Io. Meisnero.* Witteb. 1662. habita, et rec. 1752. de sepultura Mariae.

ftrae edd. prae se ferunt, quamquam alium ordinem in antiquiffimis collectionibus fuiffe, iam a multis viris obferuatum eft. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. Quo vero anno finguli auctores facri libellos publicarint, non conuenit, neque vlli liti intendemus. vide *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 5. vbi de facris libris noui foederis vberius disputatur. *Rumpaei* comment. crit. pag. 121. fqq. vt commentatores fingulorum librorum facrorum aliosque filentio praetermittamus. De viris illis fanctis, illorum vita, fatisque, et fcriptis, dicendi genere, et diuerfis variorum fententiis, indeque ortis controuerfiis videantur, qui introductionem in N. T. aut commentarios in N. T. fcripferunt, in primis *I. D. Dauidis* Einleitung etc. Michae Vol. II. tum *Ioachimi Perionii*, Benedictini Cormoeriaceni, de vitis et rebus geftis apoftolorum liber, ex fcriniis notariorum primitiuae ecclefiae depromtus, Francofurti 1744. 8. *Dan. Guil. Moller* de quatuor euangeliftis diff. resp. Io. Nic. Fleifchero. Altdorf. 1699. 4. — *Io. Lamius* de eruditione apoftolorum etc. Florentiae 1738. 8. *Frid. Quirini Gregorii* diff. II. de temperamentis fcriptorum N. T. Lipf. 1713. *Saxe* in Onomaft. lit. vol. I. pag. 215. fqq. Eorum, quos diuini legati pofteriati tradiderunt, libellorum integritatem, teftimoniis antiquitatis in medium prolatis, praeter Lardnerum et reliquos memoratos doctos homines, *Gottfr. Leff.* in Wahrheit der chriftlichen Religion, Bremae 1773. 8. et *Chriftian Frider. Schmid* in hiftoria antiqua et vindicatione canonis facri veteris nouique teftamenti libr. II. Lipf. 1775. 8. a criminationibus et iniu-

riis aliorum satis superque vindicarunt. *Christ. Matthaei Pfaffii* disp. de euangeliis sub Anastasio imperatore non corruptis, Tubingae 1717. 4. — *Erhard. Andr. Frommann* comment. de codd. sacris iussu Constantini M. ab Eusebio adornatis. Coburgi 1759. 4. — *Io. Henr. a Seelen* diss. Θεολογȣμενα ex inscriptionibus biblicis. Lubecae 1725. 4. — *Thomas Townsons* Abhandlungen über die vier Euangelien; *Erster* Theil mit vielen Zusätzen und einer Vorrede über Marcions Euangelium von *D. Io. Sal Semler.* Lipsiae 1783. 8. Et Townson et Semler multas adferunt opiniones de ingenio atque consilio illorum euangelistarum, de tempore, quo singuli scripserint, et de aliis rebus, quae vel Halensi censori illius libri in ephem. litterar. Halensibus a. 1784. plag. 19. non omnino placuerunt. Townson arbitratur, Matthaeum et graece et hebraice simul exarasse suum euangelium. Semlerus iudicat, euangelistas sua euangelia non vniuerso coetui christiano; sed primis doctoribus, qui illorum doctrina disciplina essent eruditi, composuisse; Matthaeum vero et Marcum sua hausisse ex narratione quadam syriace scripta etc. — Authentie und Oekonomie der göttlichen Schriften des neuen Bundes, von *Gregor Mayer*, Benedictiner, Doctor der Theologie und ordentl Profess. der morgenländischen Sprachen etc. sect. I. Vindobon 1793. 8. Id contra Michaelem, Storrium ac Griesbachium aliquoties disputans, contendit aut aliorum iudicia confirmat 1) Matthaeum *hebraice* scripsisse graecum textum ab interprete ignoto. saeculo I. esse concinnatum; sed versionem esse fidam et genuinum euan-

euangelium; 2) Marcum esse euangelii, quod sub nomine eius circumfertur, auctorem, graeco sermone exarasse, multa a Petro accepisse siue audiuisse, nec probabile videri, eum exscripsisse Matthaeum et Lucam; 3) Lucae euangelium esse germanum, quod ille ex antiquioribus narrationibus, adeoque ex Matthaei ac Marci euangeliis mutuum sumserit, eumque esse actorum Apostolorum auctorem; 4) Ioannis euangelium omni falsitatis carere suspicione, eius vitam Iesu non esse plenam; sed quasi supplementum; eumdem voluisse dogmatice, non polemice scribere et confecisse euangelium ante Hierosolyma excisa. Plura vide in Salisburgens. A. L. Z. a. 1793. plag. 144. — Nuper demum praeter cl. *Kuinoel.* ad Fabricii B. Gr. vol. IV. lib. IV. cap. 7. diuersas variorum eorumque recentiorum V. D. sententias diligenter collegit, eas interdum acute examinauit, suamque — erudite dixit *Henricus Gulielm. Halfeld*, Zellerfeldensis, in commentat. de origine quatuor euangeliorum et de eorum canonica auctoritate. Gottingae 1794. 4. Is postquam de singulorum euangelistarum sermone, consilio, diuersitate consensuque disseruit in part. II. cap. IV. de fontibus, e quibus euangelia nostra hausta esse dicenda sint, vberius agit, suspicatur et ad speciem verisimilitudinis opinionem ducit, euangelistas vsos esse commentariolis, hebraice aut syrochaldaice scriptis, et paullo post Iesu mortem exaratis, iisque a se inuicem diuersis, neque omnibus ea omnia, quae de Christo doceri aut tradi solebant, complexis, atque euangelistas cum in iis locis, in quibus tres consentiant, eosdem secta-

tos

tos esse fontes; vbi discrepent, diueros: tum vero neque eos habuisse omnes, eosdem codices simul cognitos, nec ad manum. — *Georg Campbel*, D. D. T. R. S. qui iam a. 1750. coepit criticas in N. T. obseruatt. colligere, edidit: The four Gospels, translated from the Greek with preliminary dissertations and Notes critical and explanatory. Edinburgi 1789. II. voll. 4. vol. I. constat XII. dissertatt. quae ea explicent, quae lector discere atque intelligere velit: vol. II. continet nouam euangeliorum versionem cum introductione in singula euangelia multisque notis.

§. 4.

MATTHAEVS.

1. Adhuc post a. C. 60. in viuis fuit.

2. Alias *Leui* *) dictus, et ante vitae emendationem fuit *τελώνης*, *portitor*. De itineribus, morte et martyrii genere veteres multa partim vera, partim falsa tradiderunt, quibus nunc expedire non possumus.

3. Euangelium suum graece scripsisse Matthaeum, probabilior est sententia, quam, quae quidem

*) n. ex sententia Hoffmanni et aliorum; at *Io. Frider. Frisch* in commentat. de Leui cum Matthaeo non confundendo, ad illustranda testimonia Matthaei IX. 9. Marc. II. 14. Luc. V. 28. etc. Lips. 1746. 4. id negat, eique verisimile omnino videtur, Leuin fuisse Lebbaeum, Iudam s. Thaddaeum dictum, filium Alphaei et Mariae, et fratrem Iacobi et Ioses. Adde Miscell. Nou. III. Part. III. pag. 380. sqq. et quae adnotata sunt in Fabr. B. Gr. vol. IIII. p. 757. sq.

dem coniecturis potius, et rumore veterum quorumdam, eoque haud omnino certo, nititur, opinio eorum, qui arbitrentur, illum ſcripſiſſe hebraice. *) Pro textu tamen hebraeo militant, veterum quorumdam traditionibus vtentes, haud pauci; e recentioribus vero in primis *Michaelis* in Einleitung etc. qui opinatur, Matth. euangelium ab ipſo hebraice conſcriptum fuiſſe a. 41. in graecam autem linguam translatum a LX vel LXI. *Io. Williams* in: A free Enquiry of the firſt an ſecond Chapters of St. Mathew's Gospel, **) qui opinatus

*) Opinio ἀρχέτυπον exemplum fuiſſe hebraicum, ſuam habet originem a *Papia*, homine inprimis credulo, (apud *Euſebium* H. E. III. 39. pag. 137.) cuius ſententiam adoptarunt *Irenaeus* III. 1. et alii. — *Hieronymus* tamen *Raguſa* in Siciliae bibl. vet. pag. 204. tradit, *S. Pantaenum*, virum apoſtolicum, transtuliſſe Matthaei euangelium ex hebraea in linguam graecam: quod quidem *Mongitor* in bibl. Sicula, tom. II. pag. 118. (vbi copioſus eſt de illo Pantaeno,) ſe apud neminem legiſſe profitetur: adde, quae in antec. paragrapho ſunt adnotata.

**) Londini 1771. — tum editio II. *A free-Gospel: with a new preface*, containing an account of ſome MSS. in the britiſh. Muſeum, and a diſſertation on the original language of that Gospel. Londini 1789. 8. conf. *Eichhorn* Litter. tom. II. p. 918. Ien. A. L. Z. 1791. 297. Parum noui acceſſit; tantum in comment. de hebraico Matthaei textu ἀρχετύπῳ Irenaei locum de illo obſeruatu digniorem eo reddere ſtuduit, quod animaduertit, Irenaeum prius vixiſſe, quam vulgo putatur, eumque ſuam notitiam non e Papia, ſed vtrumque ex communi fonte, Polycarpo, hauſiſſe. MSta latinae verſionis memorata ſunt parum digna notatu. — Matthaeum hebraico ſer-

tus eſt, neque primum, neque ſecundum caput à Matthaeo ſcripta eſſe, atque *Happach*, Director quondam Gymnaſ. Coburg. in V — VIII. proluss. ſiue expoſitione aliquot Hoſeae prophetae locorum, Coburg. 1777. Hic vero demonſtratum iuit, a Matthaeo euangelium primo hebraicis quidem litteris, ſed Syro-Chaldaico ſermone eſſe conſcriptum, atque theſes Schmidianas perluſtrat ac diluere ſtudet. —— Syrochaldaice ſcriptum fuiſſe a Matthaeo, ſtatuit V. D. in *Wahl* Magazin für alte, beſonders morgenländiſche und bibl. Litter. zweyte Lieferung, pag. 57. ſq. idem iudicat, inductione et comparatione exemplorum demonſtraturus, *Halfeld*, l. c pag. 47. ſqq. Parum abſunt ab illa opinione *Adler* et *Bolten* in libris mox laudandis. Contra pro graeco dimicant textu *Kortholt*, *Schroeder* de lingua Matth. authentica, Witteb. 1701. D. *Martin Vogel*, medicus, in Obſſ. ſacr. in libros N. T. in Brem. v. Verdiſche Bibl. vol. IV. part. III. pag. 617. ſqq. Hamburg. 1758. *Wetſtein*, *Semler*, *Maſch* in ſingulari libello, Halae 1755. et D. *Chr. Frid. Schmid* in hiſtoria antiqua et vindicatione canonis ſacri V. et N. T. pag. 427. ſqq. etc. Idem *Schmid* pag. 436. ſqq. demonſtratum iuit euangelium Matthaei hebraicum, cuius mentio fiat apud veteres ſcriptores, cum Euangelio καθ᾽ ἑβϱαίυς, quo Ebionitae vtebantur, et cum euangelio τῶν δώδεκα, quo Nazareni vſi ſunt, vnum idemque fuiſſe: iſtud autem euangelium

ſermone conſcripſiſſe euangelium ſuum probare quoque ſtuduerunt *Mayer* in l. mem. et *Car. Frid. Cochius*, in disp. praes. *Elsnero*, Francof. ad Viadr. 1791. 4. habita.

lium non ex folo Matthaei textu, fed ex aliis quoque pluribus conflatum fuiffe, ideoque concedi non poffe, ab ipfo Matthaeo confcriptum: immo vero authenticum textum euangelii iftius fpurii non fuiffe hebraicum, fed graecum; hebraicum vero fiue potius fyro-chaldaicum codicem non nifi verfionem continuiffe: hinc fequi, vt hebraicum iftud Nazaraeorum euangelium nullo modo Matthaei ἀρχέτυπον effe poffit, et veteres omnes fcriptores fint decepti, qui Matthaei ἀρχέτυπον primitus hebraicum fuiffe crediderint. — *Stroth* in, Repertorium für biblifche und morgenländifche literatur Vol. I. pag. 1. fqq. fragmenta euangelii καθ' ἑβραίους in Iuftino Martyre deprehendiffe fibi vifus eft, et negauit, Iuftinum vllum aliud euangelium vfurpaffe aut excitaffe; idem negat (p. 3. fq.) Nazaraeos atque Ebionitas a vera Apoftolorum doctrina difceffionem feciffe.

Num duo priora Matthaei capita adficta fint ab alio, nec ne, haec quaeftio haud ita multis abhinc annis agitata, facta eft Eridos pomum. vide Williami librum paullo ante memoratum et *Stroth* in Eichhorns Repertorium für bibl. und morgenländifche Litterat. tom. IX. pag. 99 — 136. qui propter hiftoriam de Magis ftellaque narratam fpuria illa capp. temere pronuntiauit: fed id eft vrere et fecare violenter; non prudenter interpretari. Quare defenderunt illorum integritatem *Velthufen* in: The Authenticity of — vindicated, Londini 1771. coll. Michael. oriental. Biblioth. tom. I. pag. 33. idem *Velth.* in Sophien Ruhe, Hamburg 1783. *Piper* in diff. de genuina auctoritate capp. I. et II. euangelii Matthaei, Grifswald. 1779.

1779. — *Thieß* in disp. de euangelii Matthaei integritate, interpolando non corrupta. Helmſtad. 1782. idem in libello: Veber die Magier und ihren Stern. zur Rechtfertigung des Matthaeus, zur Beurtheilung ſeiner Ausleger, und zur Beruhigung für denkende Bibelleſer. Hamburg. 1790. 8. D. *Gottl. Chriſtian. Storr* in diſſ. exeget. in librorum N. T. hiſtoricorum aliquot loca, part. II. Tubingae 1791. 4. pag. 11. ſqq. *M. Io. Frid. Schmid* examen integritatis II. capp. euang. Matth. Lipſiae 1791. 4. rec. in commentatt. theolog. editis a Velthuſen, Künoelio et Ruperti. Lipſiae 1794. 8. pag. 340. ſqq. coll. *Paulli* Biblioth. von Anzeigen und Auszügen kleiner Schriften, voll. II. part. II. p. 151. ſqq. Ienae 1791. 8. —

4. Praeter alios, *Harwood* in introductione ſiue Neue Einleitung in das Studium und die Kenntniſſ des N. T. ex lingua anglica in theotiſcam a *I. C. Fr. Schulzio* translata, part. I. pag. 150. ſqq. de vita et ſcriptis Matthaei ac reliquorum ſcriptorum ſacrorum, et pag. 188. ſqq. de ſtilo eorum et ratione diſſerendi ſtrictim agit — *Hamberger* in Z. N. Vol. II. pag. 58. ſqq. recenſet varias editiones, tum hebraicas verſiones et libellos ſuppoſititios, quos Fabricius etiam in cod. Apocrypho N. T. gr. et latine dedit, pluresque enumerat, qui de Matthaeo egerunt. — Add. *Io. Adam. Oſiandri* diſſ. de inſigni additamento codic. Cantabrigienſis, quod poſt verba Chriſti Matthaei XX. 28. exſtantia in eo leguntur, Tubingae 1755. a pag. 36. demum illud additamentum illuſtrat et multis contra Gesnerum diſſerit; antea de libris veris et apocryphis, de dictis Chriſti et in primis de

de forma, aetate etc. cod. Cantabrig. multa habet superflua. — *Iac. Elsneri* commentar. critico-philolog. in Euangelium Matthaei, quem, adiectis notulis, edidit *Ferdin. Stosch* —— *Simonis* in linguam graecam etc. pag. 211. sqq. — Splendidus liber est: a commentary with notes on the four Euangelists and the Acts of the Apostles etc. by *Zach. Pearce*, Londin. 4. II. Voll. 1777. Opus postumum; at ab auctore prelo paratum. Additae sunt epistolae contra Bentley, super memoratae. Ipse vero coniecturas fecit. Conf. Gotting. ephem. lit. plag. 155. 1777. — In euangelium secundum Matthaeum, Marcum et Lucam commentarii, ex ecclesiasticis scriptoribus collecti. Nouae glossae ordinariae specimen, donec meliora dominus. Oliua Rob. Stephani. 1553. fol. — De codice rescripto, (ante saeculum septimum primum exarato,) euangelii Matthaei ex bibl. Dublinensi Trinitatis coll. commentatio in Transactions of the Royal Irish academy, a. 1787. germanice versa in Henr. Eberh. Gottl. Paulli neuen Repertor. für bibl. und morgenländische Litteratur, part. I Ienae 1790. n. IV. — Nonnulla Matthaei et Marci enunciata ex indole linguae Syriacae explicantur. Adduntur obseruatt. quaedam in historiam vtriusque euangelii prolusio, qua scholas suas — indicit *Iac. Georg. Christian. Adler*, P. P. extraord. Hafniae 1784. 4. — Contendit (id, quod in sectione II. demonstrare sustinuit,) Matthaeum primum confecisse sermone syriaco historiam suam, quam Marcum in linguam graecam conuertisse, iis omissis, quae ad Iudaeos tantum pertinuissent, et quaedam a Marco, Petri auxilio,

 fuisse

fuiſſe addita, poſtea, neſcio quem, Matthaei hiſtoriam in linguam transtuliſſe graecam et verſionem Marci habuiſſe ante oculos, arbitratur. conf. tamen cenſorem in nouis ephem. Lipſiens. plag. 9. anni 1787. pag. 133. ſqq. Huc quoque pertinet: *Der Bericht des Matthaeus von Jeſu dem Meſſia*, überſetzt und mit Anmerkungen begleitet von *Io. Adrian Bolten*, erſtem Compaſtoren an der Hauptkirche in Altona. Altonae 1792. 8. Bolten multa bene, acute, ingenioſe nouaque ratione explicat. Adſeuerat igitur, textum Matthaei *ἀρχέτυπον* primitus fuiſſe chaldaico-ſyriacum, probaturus id ex antiquis hiſtoricis teſtimoniis, et forma textus, qui nunc eſt, graeci: vtpote qui tantum cum chaldaico-ſyriaco comparatus, in variis locis rite poſſit explicari. Verſionem graecam, putat, eodem tempore eſſe confectam, quia hanc iam Marcus et Lucas, vti ex multis ab eo citatis locis, praecipue comparato gr. Matthaei contextu pateret, ante oculos habuiſſent: interpretem vero graecum, non Matthaeum; ſed alium fuiſſe, probabile illi videtur. Hunc interpretem, exiſtimat, ſenſum Matthaei eiusque chaldaico-ſyriacae orationis non vbiuis adſequutum eſſe atque expreſſiſſe. Illum chaldaico-ſyriacum textum Bolten in ſua ſequitur verſione, et ſecundum illum interpretatur. Illum originalem, quem fuiſſe iudicat, textum vt reddat formetque, (quum antiquum Matthaei euangelium, ab Hieronymo latine verſum, iam diu interiiſſet,) loco fundamenti ponit ſyriacas verſiones, praeſertim *Peſchito*, tum verſionem *Philoxenianam* a Ioſepho White, Oxon. 1778. editam, et ineditam verſio-

nem

nem Hierosolymitanam, de qua *Adler* in libro, Hafniae 1789. 4. publicato, *Noui testamenti versiones simplex*, *Philoxeniana et Hierosolymit.* praeclare differit. Praeter ea Bolten adhibuit euangelium hebraicum, a Sebastiano Münstero Basileae 1537. curatum; sed mancum et variatum; haud mutatum a Io. de Tilet, episcopo, qui plenum mstum Romae reperit, et cum latina versione Io. Menceri, Paris. 1555. emisit in lucem. Denique Bolten omnia in vsum conuertit suum, quaecumque ex adparatu V. L. antiquiore non minus quam recentiore commoda viderentur. Sed censor in ephemer. litter. Salisburg, a. 1792. plag. 107. pag. 470. sqq. animaduertit, ea non sufficere ad restituendum veterem, qui originalis Boltenio videatur, contextum chaldaeo-syriacum, quia euangelium Münsteri et Tileti sit recentius, quam vt suspicionem Boltenianam tutam praestet ab omnibus dubitationibus, quum id non chaldaico-syriace; sed mere hebraice scriptum sit, et ex graeco textu translatum. Tum censor monet, Syriacas versiones, praecipue *Peschito*, esse quidem vtiliores; sed ex graeco textu concinnatas. Denique superesse, censet, quaestionem, quae ratio et natura textus, quem dicunt originalis fuerit vera? annon magis, more dialecti hierosolymitanae, cum hebraico conspirauerit, quam cum vero syriaco? vnde alia concludendi via patefieret. Insuper durum illi censori esse videtur adfirmare, interpretem graecum adeo saepe errasse: tamen excusat quoque Bolten. qui multa bene explicuisset. — Eamdem fere viam ingressus videtur *M. Georg. Ernest. Goetz*, Archidiaconus templi

Stuttgardienſis, in: Erklärung des Matthaeus, aus dem Hebräiſchen und Hebräiſch - Griechiſchen. Stuttgardiae 1786. 8. — Das Euangelium des heil. Matthaeus aus dem Griechiſchen überſetzt, zergliedert und mit Anmerkungen erläutert von *D. Dominicus Theoph. Heddaeus*, part. I. et II. 1791. et 1792. 8. — *Petri Kirſtenii*, *) Vratislauienſis, medici Vpſalienſis, notae in euangelium S Matthaei, ex collatione textuum arabicorum, aegyptiacorum, graecorum et latinorum. Vratisl. 1612. fol. — cel. *Griesbach* commentarii critici in graecum Matthaei textum ſpecimen I. Ienae 1794. 4.

§. 5.
MARCVS.

1. Vixit adhuc poſt annum Chr. 60.

2. Fuit Iudaeus; de reliqua vita non omnino conſtat. Euangelium ſcripſit, graece, non, vt quidam perperam putarunt, latine. conf. M. *Erneſti Chriſt. Schroedteri* disp. de lingua Marci authentica. Wittebergae 1702. 4. *Liturgia* vero, et *acta S. Barnabae* ei falſo ſunt olim tributa. — *Henſchen* in Actis ſanctorum m. April. 1675. vol. III. ad XXV. April. dedit de Marco, Apoſtolatum aquileienſem ex duplici cod. MS. Apoſtolatum Alexandrinum, martyrium, ex XII. msstis latinis et grae-

*) De docto hoc homine plura leges in *Bayle* Diction. in eius nomine, et in *Erici Mich. Fant* hiſtoria litteraturae graecae in Suecia, Vpſal. et Lipſiae 1779. 4. pag. 76. ſqq.

graecis. Adpendicem ex vita S. Petri, episcopi Alexandrini; encomium, auctore Procopio, Diacono; historiam translationis, adparitionem et miracula. Neque vero suam de illis dixit sententiam. Egit quoque de exemplo msto eius Veneto, quod latinum esse arbitratur; de quo msto eiusque fragmento Pragensi iam supra quaedam sunt adnotata. Nostra tamen aetate de lingua, et vnde hauserit Marcus, nouae controuersiae ortae sunt. Neque latino, neque graeco, sed coptico s. aegyptiaco sermone illum vsum esse et scripsisse, contendit *S. F. G. Wahl* in Magazin für alte, besonders morgenländische v. biblische Litteratur, part. III. Halae Saxon. 1790. n. 2. *Koptisches Original von Marcus Euangelium.* Rationes, quibus motus ita sentiat, hae fere sunt. 1) eruditos vestigia linguae copticae, in quibus nonnulla vocc. videbantur latina, reperisse: 2) Marcum diu versatum esse in Aegypto, ibique multum valuisse. 3) eum potissimum scripsisse neo-christianis in Aegypto tam superiore, quam inferiore, auctoritate aut impulsu Petri: *euangelium secundum Aegyptios* putat fuisse idem Marci, sed variis additamentis locupletatum, vti, quod in antecedenti iudicarat, *Euangelium secundum Hebraeos*, fuerit euangelium Matthei; sed amplificatum: graecum Marci textum esse interpretationem, in vsum graecorum et exterorum christianorum mature factam, priusquam archetypon aegyptiacum multis accessionibus deprauatum et immutatum fuisset in euangelium secundum Aegyptios; archetypon, vnde facta sit versio graeca, non ita multo post periisse. At videmus, omnia, licet inge-

 niose

niose excogitata, in coniecturis posita esse, nitique fabula, Marcum Alexandriae primum res christiani coetus administrasse, et plurima argumenta etiam ab iis posse adhiberi, qui opinentur, euangelium a Marco fuisse latine scriptum. adde *Künoel* ad Fabr. p. 765. sq. Tum quaestio orta est, num Marcus in conscribendo euangelio habuerit Petrum adiutorem, ita vt ille huius esset interpres. Vetus quidem erat haec opinio, v. cl. *Künoel* ad Fabr. B. Gr. vol. IIII. pag. 764. Hinc etiam Marcion repudiauit illius euangelii, cuius auctorem quamuis Marcum fuisse non dubitaret, auctoritatem, propterea quod Petrum putabat eius conficiendi socium fuisse ac participem. Sed reiecta est illa sententia ab aliis. v. *Hallfeld* l. c. pag. 5. sqq. Denique motae sunt controuersiae, num Marcus dici possit Matthaei epitomator; et num Matthaei ac Lucae fuerit excerptor. Prius propter insignem Marci et Matthaei vel in verbis consensum statuerunt Millius, Wetstein, Wolf, Michaelis et alii. Sed secus senserunt *Barthol. Chstph. Reinh. Mengel* in disp. praeside Reinh. Henr. Rollio habita: specimen comparationis Marci euangelistae cum Matthaeo, quo euincitur, Marcum non esse breuiatorem Matthaei, Giessae 1711. 4. et *Koppius* in progr. Marcus non epitomator Matthaei, Gottingae 1782. 4. Sed *Koppii* sententiam vt cl. *Künoel* ad Fabric. l. c. pag. 764. not. aa. impugnauit; ita *Hallfeld* l. mem. pag. 8 — 17. ornauit atque multis argumentis tuitus est. — Posterius, quia magna Marci cum Matthaeo et Luca sit conuenientia vlterius explicare et demonstrare studuit cel. *Griesbach* in duabus prolusionibus academicis; Marci

ci euangelium totum ex Matthaei et Lucae commentariis esse decerptum, Ienae 1789. et 1790. 4. cuius rationes probauit cel. *Künoel* ad Fabr. l. cit. sed modeste examinauit et contrariam sententiam multis verbis atque argumentis corroborauit *Hallfeld* l. laud. pag. 17 — 33. Nec Griesbachii iudicio adsensit *Eichhorn* in allgem. Bibl der biblischen Litteratur vol. V. part. V pag. 767. sqq. Vterque vero, et Hallfeld et Eichhorn, (hic inprimis l. c. vol. IV. part. II. pag. 333.) contendere et docere conati sunt, Marcum aeque ac reliquos euangelistas ex antiquioribus iisque communibus fontibus suas deriuasse narrationes. Eichhornii tamen sententiam Griesbach examini subiecit in altera editione suarum prolusionum, insertarum *Commentationibus theologicis*, editis a Velthusio, Künoelio et Rupert. Lips. vol I. 1794. 8. pag. 302. sqq. — In alia omnia transiit, cel. *D. Gottlob Christian Storr*, theologus Tubingensis, qui in libro: *Ueber den Zweck der euangelischen Geschichte, und der Briefe Iohannis*, Tubingae 1787. 8. pag. 274. sqq. et pag. 287. sqq. arbitratur, Marcum primum omnium scripsisse, et quidem ante Lucam, qui varia a Marco sumsisset mutua, et a Matthaeo lectum esse Lucam; adde eiusdem diss. I. in librorum N. T. aliquot loca, Tubingae 1790. pag. 58. sqq. quae vero coniectura neque Michaelis, neque Hallfeldi aliorumque tulit plausum.

3. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 63. sqq. *Simonis* introduct. pag. 214. — *Schmid* in historia antiqua et vindicat. canon. p. 454. sqq. *Pritius* et *Hoffmann*

in introduct. in N. T. p. 170. sqq. addatur Βίκτωρος πρεσβυτέρυ Ἀντιοχείας καὶ ἄλλων τινῶν πατέρων ἐξήγησις εἰς τὰ κατὰ Μάρκον ἁγίον εὐαγγέλιον ex codd. Mosquensibus edidit Christian Frid. Matthaei, Groesta Thuringus, Gymnasiorum Vniuersitatis Mosquensis rector, Mosquiae 1775. 8. Victor primum comparat Marcum cum Matthaeo et Luca; et explicat, nec raro mystice, loca praecipua. Tum sequitur textus Marci ipse, qui raro discedit a vulgata lectione — *Osiandri* II. diss. quibus ostenditur XII. postrema commata Marci Cap. XVI. extantia esse genuina, Tubingae 1753. — *Io. Gottlieb Toelner*, theologus quondam Francofurtanus, in libro, die göttliche Eingebung der heiligen Schrift, Francof. Mietau. et Lips. 1772. 8. sibi persuasit, Euangelia Marci et Lucae sine inspiratione diuina fuisse exarata; ab Euangelista autem Ioanne euangeliis addita.

§. 6.

LVCAS.

1. Obiit a. Chr. 70. aetat. 84.

2. Antiochenus, comes Paulli: num medicus et pictor fuerit, varie senserunt cum antiquiores, tum in primis recentiores scriptores.

3. Eleganter et graece scripsit euangelium atque Acta apostolorum. A Matthaeo lectum fuisse Lucam, cum Storrius loco paullo ante citato, tum in primis *Edward Evanson*, Anglus, M. M. in: The dissonance of the four generally received Euangelists, and th evidence of their respective authenticity examined. Ipswich, print. 1792. 8.

(v.

(v. *Eichhorn* Bibl. etc. tom. V. part. III. pag. 283.) contendere et commenstrare conati sunt. Atqui Evanson, reiecta Matthaei, Marci et Ioannis auctoritate, vni Lucae fidem et auctoritatem exceptis tamen capp. I. et II. quae spuria esse autumat, et cap. VIII. 26. sqq. et cap. XXIII. 46, quae interpolata iudicat, vindicare adnititur. Sed refutata est illius opinio ab *Hallfeldio* l. c. p. 33. sqq. qui etiam pag. 28. sqq contra Storrium de Lucae euangelio ad Marcum adtemperato disputat. At Marcion iam Lucae euangelium vnice agnouit: eumdem tamen id mirifice interpolasse, et primis capitibus truncum variisque locis mutilatum habuisse. post Richardum Simonem, Fabricium et Semlerum, negauit *Iosias Frid. Christian. Loeffler*, tum theologus Francofurtanus, in disput. Marcionem Paulli epistolas et Lucae euangelium adulterasse dubitatur, defensa a Guil. Gabr. Wegener Traiecti ad Viadr. 1788. 4. rec. in commentatt. theolog. a Velthusen Künoelio et Ruperto editis. tom. I. pag. 180 sqq. — *Sextro*, Abbas et Prof. Theol. Helmstad. progr. Praemittuntur nonnulla super quaestione, an ex argumentis externis Lucae euangelistae inspiratio possit probari. Helmstad. 1789. 4. — Secundum illius sententiam ea, quae Lucas accepit a Paullo, et consensus eius narrationum cum reliquis euangelistis probant quidem fidem eius historicam; neque vero inspirationem. Inprimis persequitur loca Irenaei, qui eius mentionem primus nominatim fecit. — Idem V. D. antea in programm. Gottingae 1786. scripto interna argumenta pro inspiratione Lucae diuina examinauerat.

4. *Acta apostolorum graeco-latine*, literis maiusculis e cod. Laydiano, characteribus vncialibus exarata, et in bibliotheca Bodleiana adseruata, descripsit, ediditque *Thom. Hearnius.* A. M. Oxoniensis, qui et symbolum Apostolorum ex eodem codice subiunxit, Oxoniae e theatro Scheldon. 1715. sumtibus auctoris, 8. Rarioribus libris haec editio adnumeratur, siquidem CXX. tantum exempla typis sunt exscripta. — S. Lucae actus apostolorum gr. et lat. Textum ad codd. msst. Mosquenses primum a se examinatos recensuit, varias lectiones, animaduersiones criticas et inedita scholia graeca adiecit, versionem vulgatam codici diligentissime scripto conformauit et edidit *Christi. Frid. Matthaei.* Rigae. 1782. 8. Clar. editor suos tantum sequitur codices, spretis reliquis codd. recensionibus et subsidiis criticis: codicem Alexandrinum paene odit et graeco-latinos insectatur. Censor tamen in Ienens. litter. eph. plag. 41. et 42. a. 1782. animaduertit, omnes codd. Mosquens. pertinere ad recensionem N. T. CPolitanam, quae omnium veterum recensionum minima natu sit et maxime interpolata; inprimis conspirare cum textu nunc recepto et textum praebere, qualis ab initio saeculi V. CPoli et in codicibus ex illa CPolitana descriptis legebatur: ex his tamen codd. Mosquensibus intelligi posse falsas lectiones, quae postea a quinto aut sexto saeculo in nostrum textum receptum irrepsissent. — *Io. Casp. Santorroccius* Prof. antiqq. graeco-romanarum, scripsit quatuor dispp. quibus Acta apostolorum ex scriptoribus antiquis sacro-profanis, maxime ex patribus ecclesiasticis et auctoribus classicis graeco-

roma-

romanis illustrata sunt, Marburgi Cattor. 1713. 4. Ad intelligenda quam plurima loca, quae in Actis Apostolorum ex antiquitate graeca et romana sunt explananda, multum faciunt *Walchii* dissertatt. ad Acta Apostol. et praeclarus *Richard Biscöe* liber, anglice scriptus et edit. Londini 1742. 8. II. voll. postea sub titulo: Erläuterung der Apostelgeschichte aus den Weltgeschichten und Alterthümern, a F. Eberh. Rambach ex lingua Anglica in german. translatus, Magdeb. 1756. 4.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. p. 767. sqq. ibique *Kunoel. Hamberger.* Z. N. Vol. II. p. 121. sqq. *Schmidii* histor. antiq. canonis pag. 462 — 474. *Michael.* Einleitung etc. tom. II. §. 147. p. 1076. sqq.

§. 7.

IOANNES

1. Sub Domitiano in Patmum insulam relegatus est; at, tyranno illo exstincto, Ephesum rediit, et tandem sub Traiano placidam mortem obiit.

2. Fuit Bethsaidensis Galilaeus, Zebedaei piscatoris et Salomes filius, homo antea literarum rudis, Christo autem propter animi candorem maxime iucundus. Quamquam vero ingenio fuit comi et mitissimo: eius tamen scripta inter criticos atque interpretes omni fere memoria summas mouerunt tragoedias.

3. Scripsit vero contra Cerinthum, Nicolaitas, aliosque verae doctrinae christianae hostes. — 1) *Euangelium*, libellum verbis quidem facillimum;

mum; rerum vero pondere sensusque difficultate grauissimum. 2) *Epistolas* III. quarum tamen prima tantummodo a permultis censetur genuina. — Ioannis I. epist. gr. cum noua versione latina et notis *Io. Benedicti Carpzouii.* — Epist. II. et ep. III. etc. Helmstadii 1773. sq. 4. Dein iunctim, aliis additis: *Epistolarum catholicarum septenarius, graece. Petri duae epistolae, Iacobi vna, Ioannis tres, et Iudae Iacobi vna.* Cum noua versione latina ac scholiis grammaticis atque criticis, in quibus interpunctio accurata, explicatio et cohaerentia facilis declaratur, opera *Io. Benedicti Carpzouii*, S. Theol. D. et Prof. primar. Helmstad. Abbatis regiae Luterae. Halae. 1790. mai. 8. — Ueber den Zweck der euangelischen Geschichte und der Briefe Iohannis von D. *Gottlob Christian Storr*, Prof. der Theol. Tubingae 1787. 8. De argumento tamen consilioque Ioannis secus sentit censor in ephem. litterar. Halens. a. 1787. scid. 36. — *I. Fr. Ch. Loeffler* diss. Ioannis epist. I. Gnosticos in primis impugnari negans, Francof. ad Viadr. 1784. rec. in commentatt. theolog. editis a Velthusio etc. pag. 138. sqq. — Fragmentum Euangelii S. Ioannis graeco-coptothebaicum saeculi IIII. — opera et studio F. *Augustini Antonii Georgii*. Romae 1789. m. 4. de quo supra, §. 1. sect. 5. not.

3) *Apocalypsin*, quam vero grauissimi homines, tamquam libellum spurium et ineptum, Ioannis ingenio et canonis sacri dignitate indignum iudicarunt. Testes antiquos pro vtraque sententia *Lardner* in Credibility of the Gospel History. (Londin. 1734. XII. Voll. 8.) et in

in supplement. Vol. III. pag. 356, sqq. *Michaelis* in Einleitung etc. *Leß* in Beweis der christlichen Religion etc. aliique bene multi laudarunt atque sub examen vocarunt.

Nostra aetate quae in vtramque partem disputata essent, ea collegit et recensuit D. *Io. Balthasar Lüderwald* in Geschichte der neuern Bewegungen über die Offenbarung Ioannis, in Actis historico-ecclesiasticis Vol. I. Weimar. 1774. p. 485-528. — Idem *Lüderwald*, (Superint. Vorsfeld. in ducatu Brunsuic.) edidit Bemühungen zur gründlichen Beurtheilung und Erkenntniß der Offenbahrung Iohannis. part. I. Helmstad. 1777. part. II. 1778. 8. In prima parte controuersias de auctore, diuinitate etc. persequitur testesque recenset veteres. — De Semleri et Schwarzii scriptis de Apocal. v. *Ernesti* neueste theol. Bibl. I. part. 8. p. 687. sqq. et 716. sqq. — Michaelis iudicium, Apocalypsin non habuisse S. Ioannem auctorem, examinatur, eiusque obiectionibus respondetur in *D. Gust. Sommelii* III. disputatt. isagogicis in apocalypsin S. Ioannis. Lund. 1790. — Auctoritatem apocalypseos etiam oppugnauit *Abauzit* in Oeuvres diuerses etc. de quo libro vide *Ernesti* neueste theol. Biblioth. I. part. I. pag. 30. sqq. Istius calumnias depellere conatus est *F. Vincent Fassinius*, O. P. in Pisano Athenaeo S. S. L. P. P. in vindiciis diuinae libri auctoritatis ex monumentis graecis aduersus nuperas exceptiones Firmini Abauzitii, Geneuens. Luccae 1778. 8. Neque tamen ingenio critico neque eruditis dissentientibus dicitur respondere liber, alioqui doctus. — (*P. Maudit*) analyse de l'Apocalypse, contenant vne nouvelle

velle explication ſimple et literale de ce Livre, avec des Diſſertations ſur le Millenaires. à Paris. 1714. 12. II. voll. conf. Iournal des Savans, m. Mart. 1715. part. I. — Sed recentiorum V. D. molimina et disputationes quasdam in vtramque partem ſcriptas adhuc commemorare iuuat. Fidem et authentiam Apocalypſeos ab obiectionibus Oederi, Semleri etc. denuo vindicauit *Chriſtian. Frid. Schmid.* in hiſtoria antiqua et vindicatione canonis p. 486 — 567. et pag. 567 — 570. defendit auctoritatem epiſtolarum ſecundae et tertiae diuinam. *Bergſtraeſſer* quoque in Realwörterbuch 2. Vol. pag. 823. ſqq. Ioanneae Apocalypſeos dignitatem fidemque tuetur, et veteres aliorum apocalypſes ſpurias recenſet. *D. Schmid*: Ob die Offenbarung Ioannis ein ächtes göttliches Buch ſey, Lipſiae 1771. 8. — Contra hunc aliosque disputauit *M. Michael Merkel* in: Freye Abhandlungen und Prüfungen einiger neuern Abhandlungen H. Hofr. Michaelis, D. Schmids; Prof. Tychſen, Knittels und anderer, aus der Kritick und Philologie, nr. 4. Lipſiae 1776. 8. — Idem *Merkel* vindicare ſuam ſententiam adniſus eſt in libro inſcripto: Umſtändlicher Beweiſſ, daſſ die Apocalypſe ein untergeſchobenes Buch ſey; aufs neue erhärtet, und wider die neuſten Einwendungen vertheidiget. Nebſt Abfertigung eines ſchmähſüchtigen Recenſenten aus Bützow. Francof. et Lipſiae 1785. 8. Contra Storrium atque Hartwig (in IV. parte apologiae etc.) et cenſorem Bützou. ſuum quidem iudicium defendere ſtuduit: nec tamen ſatisfecit aut perſuaſit cenſori in Lips. ephem. litter. a. 1785. plag. 27. pag. 427. ſqq.

ſqq. — *D. Gottlob Chriſtian Storrius* autem ediderat Neue Apologie der Offenbarung Iohannis, Tubingae 1783. 8. Sub examen inprimis vocat ea, quae pro illius authentia et contra illam a Paullo, 1 Cor. XV. 22. vsque ad Hieronymi aetatem ventilata ſunt. Putat quidem, apocalypſin ſcriptam eſſe ante perſequutionem Domitiani, adhuc ſub Nerone, circa tempus, quum Paullus iterum Epheſi commoraretur. Harenbergii expoſitionem maxime ſequitur, ita tamen, vt Bengelio, ſtrenuo apocalypſeos defenſori atque interpreti, interdum adhaereat, ſed adhibito iudicio. —— Antea lucem viderat Apologie der Apocalypſe wider falſchen Tadel und falſches Lob. 1. Theil. Chemnit. 1780. In altera ſectione in Caii Romani teſtimonium (in *Euſebii* hiſt. eccles. III. cap. 28.) denuo inquiritur et contra Semlerum in toto libro disputatur. — II. Theil. ibid. 1781. Contra auctorem quaedam acute monet cenſor illius libri in ephem. litter. Ienens. plag. 17. a. 1782. — *Daniel Henric. Hering*, Director ſcholae Frideric. etc. in Neue Abhandlungen über eine merkwürdige Stelle in dem Briefe des H. Ignatius an die Philadelpher, und über den bisherigen Streit wegen der Apocalypſe. Breslau. 1783. 8. primum iis adſentitur, qui arbitrentur, Apocalypſin eſſe a Ioanne ſcriptam, a deo ipſi reuelatam, adeoque verum eſſe vaticinium: tum cum iis facit, qui negent, illam eſſe ſcriptum biblico-canonicum, aut pertinere ad canonem N. T. Denique iudicat, vaticinia pertinuiſſe maximam partem ad excidionem Hieroſolymorum et rei publicae ſiue regni iudaici, non, ad omnia N. T. tempora. ——

Roiko,

Roiko, Prof. in vniuerſitate Pragenſi, in: Chriſtliche Religions- und Kirchen-Geſchichte, parte III. Pragae 1791. med. 8. pag. 209. vim teſtimoniorum a' Iuſtino martyre et Irenaeo pro auctoritate apocalypſeos editorum debilitare atque frangere adlaborauit; ſed illorum fidem corroborare et ſtabilire ſtuduit cenſor illius in Salisburgenſibus A. L. Z. a. 1794. p. 981 2. ſqq. — adde *Reuſſii* diſſ. in opuſculis theolog. tom. I. — Nouiſſime contra authentiam disputauit cel. *Eichhorn* in: Allgem. Bibl. der bibliſchen Litteratur vol. III. pag 571 — 645. et noua ingenioſaque ratione expoſuit librum Ioanneum in *Commentario apocalypſin Ioannis*, Göttingae, 1791. vol I. II. enimuero num apocalypſis poſſit vi vocabuli recte dici et haberi drama, equidem ſubdubito. —— Adde diſſertation ſur l' Apocalypſe par M. *Rondet* 1776. 4. —— Cel. *Herderus* in Erläuterungen zum N. T. aus einer neueröfneten Morgenländiſchen Quelle, Rigae 1775. 8. videtur ingenio, quo valet, abuti, ex theologia, vſuque loquendi veterum Perſarum ſcripta euangeliſtae Ioannis interpretaturus. In III. ſupplemento ad Bibliothecam Berolin. vniuerſalem german. 1777. pag. 1401. ſqq. plures libri de canone S. S. recenſentur, et pag. 1409. coniicit cenſor, Ioannem Presbyterum auctorem eſſe apocalypſeos, collato fragmento apud Grabium ſaec. II. pag. 20. ſqq. (quae quidem iam ſuſpicio fuit Dionyſii Alex. apud Euſebium, ſed iam refutati ab Elia du Pin et Io. Lighfootio apud Fabric. B. Gr. T. IIII. et oppugnat diuinam apocalypſeos fidem. —— Agmen claudat liber, inſcriptus: Apocalypſis Ieſu Chriſti auctoris et Ioannis ſcriptoris, aliquot

in locis castigata et noua illius interpretatione latina, summa circumscripta explanatione atque indice rerum in ea patefactarum secundum temporum seriem disposito adornata a *M. Michaele Frid. Semlero*, Conrect. Neustadt. pars prior. Cui praemissa est praefatio, in qua totius huius libri haud mutata antiquitas, apostolica consignatio, canonica, vt vocatur, atque diuina auctoritas, nec non certa eiusdem praestantia reliquorum sacrorum scriptorum probantur, simulque, vbi opus facto visum est, dubitationibus vindicantur. Neostadii ad Orlam 1785. 8. Auctor sibi persuadet, a. C. 1991. vrbem Romam et regnum Antichristi exstirpatum iri, Christum esse aduenturum cum exercitu christiano, ferae eiusque turbae bellum indicturum etc. tum regnum millenarium initium capturum etc. Quasi haec omnia clare visa edictaque fuissent! — De suppostitia quadam Ioannis apocalypsi egit *Lambecius* in I. volum. commentar. de bibl. Caesarea. —— M. *Io. Hermann von Elswich* disput. de inscriptione apocalypseos Ioanneae. Vitemberg. 1715. 4. Inscriptionem quidem a Ioanne ipso profectam esse, negat, sed Ioannem iure dici theologum, h. e. prophetam, vatem, docet. —— De titulo *Theologi*, Ioanni prophetae in inscriptione apocalypseos tributo, disputationem scripsit quoque *C. A Heumann* in supplem. actor. erudit. tom. VI. a. 1717. pag. 170. sq.

De *Ioanne* v. quoque *Heumann* de fictitio Ioannis pontificatu maximo, in eius primitiis Gottingens. academic. pag. 4. — *Cotta* disput. de lamina pontificali apostolorum Ioannis Iacobi et Marci, Tubingae 1755. 4. *Dan. Heinr. Herings* Abhand-

Abhandlungen von den Schulen der Propheten unter dem alten Teſtament, von der Schule des Apoſtels Iohannes zu Epheſus, v. von dem Kanon des N. T. Breslau 1777. 8. Lampium ſequitur.

4. Adde *Henrici Schulz* Ioannea ex Theocriti idylliis collecta, Hamburgi 1735. 4. De Ioanne plura dabunt *Frid. Adolph. Lampe* in commentario euangelii ſecundum Ioannem III. tomis, Amſtelod. 1724. 1726. tom. I. pag. 1 — 102. *Fabricius* in B. Gr. Vol. IIII. pag. 774. ſqq. et plures apud *Hamberger* in Z. N. Vol. III. pag. 124. ſq.

5. Vita ſiue hiſtoria, fabularum plena, S. Ioannis Euangeliſtae, *Prochoro*, vni ex ſeptem primis diaconis chriſtianis, qui Ioannis diſcipulus perhibetur fuiſſe, falſo tribuitur: de cuius editionibus conſule *Hambergerum* l. mem. pag. 127. ſq.

§. 8.

PAVLLVS.

1. *Hambergero* in Z. N. Vol. III. pag. 77. vbi plures is laudat auctores, in vita Paulli exponenda verſatos, videtur periiſſe intra a C. 64 — 68. *Fabricio* in B. Gr. Vol. IIII. aliisque Paullus conuerſus eſſe videtur anno quarto, ſiue vltimo Caii a. C. XXXXII. et capite truncatus a. C. LXVIII. Neronis XIIII.

2. Ante ſalutarem vitae emendationem *Saulus* vocabatur: Iudaeus de tribu Beniamin, Tarſi autem in Cilicia educatus, Hieroſolymis denique a Gamaliele, viro docto, doctrina ebraica eruditus eſt. At Chriſto ipſo in itinere ab erroribus iudaicis et ardentiſſimo diſciplinae chriſtianae odio ad

munus

munus christiani doctoris obeundum verique lucem reuocatus, summa libertate, fide, dexteritate, ac sedulitate prouincia legati diuini functus est, nec vllum laborem vitaeque periculum metuit fugitque.

3. Scripsit epistolas in canonem nostrum S. S. receptas, 1) ad Romanos, 2) duas ad Corinthios, 3) ad Galatas, 4) ad Ephesios, 5) ad Philippenses, 6) ad Colossenses, 7) duas ad Thessalonicenses, 8) duas ad Timotheum, 9) ad Titum; 10) ad Philemonem, 11) ad Hebraeos, quam epistolam ab Paullo ipso et in lingua graeca scriptam esse, probabilior multis esse videtur sententia, *) quam eorum,

*) Conf. *Simonis* Introd. p. 213. atque Semlerus, Noesseltius, Schmid, aliique in singularibus libellis adfatim commonstrarunt. — item cl. *D. Gottlob Christian. Storr*, Theologus Tubingensis, qui edidit: *Pauli Brief an die Hebraeer, erläutert von G. C. Storr etc.* Tubingae 1789. m. 8. In prolegomenis euincere studet, ex testimoniis antiquissimorum scriptorum ecclesiasticorum patere, epistolam ad Hebraeos pro genuino Paulli labore in ecclesiis orientis esse habitam: quod praecipue demonstrat ex loco quodam Irenaei inter fragmenta, a Pfaffio vulgata: probabile igitur suspicatur, fieri, ab auctore II. epistolae Petri, (cap. III. 15.) fuisse habitam epistolam, a Paullo scriptam ad Iudaeo-Christianos, in Galatia, et additam ab eo suae epistolae ad Christianos, qui antea fuerant in Galatia deorum cultores, datae: hinc videre sibi videtur caussam, cur nulla illi epistolae praefixa sit inscriptio singularis: summam epistolae ad Hebraeos putat esse idem argumentum, quod Paullus in epistola ad Galatas praecipue tractasset. etc. v. Ien. A. L. Z. a. 1790. nr. 36. m. Febr. pag. 281. sqq. — Idem V. D. in progr. de consensu epistola-

eorum, qui vel Paullo illam abnegent, vel Paullum in lingua hebraea exarasse arbitrentur. Quo vero

stolarum Paulli ad Hebraeos et Galatas, Tubingae 1790. 4. primum contendit, in II. epist. Petri III. 15. innui epistolam ad Hebraeos; ideoque secundum hoc antiquissimum testimonium epist. ad Hebr. scriptam esse a Paullo, eamque ad coetus christianos, in I. ep. Petri I. 1. nominatos: tum Paullum secundum traditionem veterum *graecorum* christianorum dici auctorem. Plura leges in ephem. litter. Tubing. a. 1792. plag. 22. pag. 196. sqq. — Secus sentit cl. *Ziegler*, in praesenti theologus Rostochiensis, in: Vollständige Einleitung in den Brief an die Hebraeer, worinnen alte und neue Meinungen über die Aechtheit, Kanonicität und Grundsprache desselben aufs neue kritisch geprüft sind, und der Werth des ganzen Briefs näher bestimmt von *M. Werner Carl Ludwig Ziegler*. Gottingae 1791. 8. Ille igitur Storrii sententiam argumentaque sub examen vocat, epistolam abnegat Paullo, et graece scriptam confirmat; sed de auctore illius, de loco, vnde sit missa, et de iis, ad quos scripta sit, nihil certi pronuntiandum esse arbitratur. Conf. ephem. litter. Lipsienses a. 1791. nr. 46. in primis Ien. A. L. Z. a. 1791. nr. 169. pag. 545. sqq. — In eadem sententia quoque versatur cl. *Hänlein* l. cit. tom. I. pag. 116 — 136 vbi iis, quae in vtramque sententiam possent disputari aperte dilucideque prolatis, in eorum transit sententiam, qui epistolae quidem authentiam atque antiquitatem statuant, sed Paullum fuisse auctorem negent, saltem valde addubitent. Contra discessione a iudicio Ziegleri facta *M. C. L. Camerer*, (nuper mortuus,) in theologischen und kritischen Versuchen, Stuttgard. 1794. 8. in periculo III. commonstratum iuit αὐθεντίαν illius epistolae, in periculo autem II. vniuersim librorum N. T. auctoritatem vindicauit. — Medium tenuit cl. *Io. Henr. Heinrich* in

vero ordine et quo anno ſingulae epiſtolae fuiſſent miſſae, interpretes inter ſe diſcrepant.

Epiſtolae 1) ad Laodicenſes.) de qua *Huthius* in ſingulari diſputatione, *epiſtola ex Laodicea in encyclica ad Ephefios adſeruata* Col. IV. 16. Erlangae. 1751. 4. et *Clemm* in Einleitung in die Religion etc. Vol. II. §. 169. egerunt) 2) ad Senecam et Senecae ad Paullum ſunt ſpuriae. v. *Fabricii* codic. N. T. apocryphum, et *M. Chriſtian. Wilh. Loeſcheri* disp, de epiſtolis Pauli ad Senecam hypobolimaeis. Witteb. 1694. 4.

3. Epiſtolae duae apocryphae, altera Corinthiorum ad Paullum Apoſtolum, altera Paulli Apoſtoli ad Corinthios, quae dicitur periiſſe ex cod. MS. Armenico integro nunc primum editae ſeparatim: graecae ac latine verſae cum notis Whiſtoniorum: cum praef. et animadu. *I. B. Carpzouii*, Helmſtad. 1776. 4. recus. Lips. 1776. 8.

4. *Euthalii* Epiſc Sulcenſis, Actuum apoſtolorum et XIV. S. Paulli aliarumque ſeptem catholi-

in prolegom. ad hanc epiſtolam, cuius editionis hanc fecit inſcriptionem: *Nouum teſtamentum*, graece perpetua adnotatione illuſtratum, editionis Koppianae vol. VIII. complectens *Ep. Paulli ad Hebraeos*, continuauit *I. H. H.* Gottingae, 1792. mai. 8. Ille igitur in prol. primum agit de auctore huius epiſtolae, quem, ſi quis definiendus eſſet, putare mallt fuiſſe Paullum; tum de iis, ad quos ea miſſa fuerit, nempe e Palaeſtina ad Iudaeo-Chriſtianos, in omnibus orbis romani locis diſſipatos; porro de lingua, qua conſcripta ſit, h. e. graeca; nec non de tempore, quo fuerit exarata, denique de conſilio et oeconomia epiſtolae. Cenſor in Ien. A. L. Z. a. 1792. nr. 305. de hac epiſtola acriter abiecteque iudicat.

carum epiſtolarum editio ad Athanaſium iuniorem Epiſc. Alexandr. vulgata eſt a *Zacagnio*, in Collectaneis Monumentorum vet. eccleſiae graecae ac latinae, Romae 1689. nr. 4. v. infr. §. 41. Paulli epp. ad Romanos, Titum et Philemonem gr. et lat. cum animadu. *Chr. Frid. Matthaei* Rigae. 1782. 8. — it. ad Galatas, Ephes. et Philipp. Rigae 1784. 8. — et. ad Ebr. et Coloſſ. ibid. eod. a. per eumdem. conf. Ien. A. L. Z. a. 1785. nr. 87 et 88. —— Nouum teſtamentum graece, perpetua adnotatione illuſtratum a *Io. Beniam. Koppe.* vol. VI. *Epiſtolae Paulli ad Galatas*, *Epheſios*, *Theſſalonicenſes.* Editio altera, auctior et emendatior. Curauit *Th. Ch. Tychſen.* Gottingae 1791. mai. 8. In Eph. 1. 18, (quae epiſtola in priore editione vltima fuit,) deſiit labor Koppii: poſt cuius obitum reliqua acceſſerunt diligentia Tychſenii, ex obſeruationibus et emendatt. a Koppio margini exemplaris ſui olim adſcriptis. —— Notitiae hiſtoricae epiſtolarnm Paulli ad Corinthios interpretationi inſeruientes. —— praeſide (et auctore) *Gottl. Chriſt. Storrio*, Theol. D. et P. P. O. Tubingae 1788. 4. Longa cenſura exſtat in: *Pauli* Bibliothek von Anzeigen und Auszügen Kleiner - Schriften. part. III. Ienae 1790. pag. 272. ſqq. —— Συμμικτα vitae Paulinae, maxime familiaris disp. I. *M. I. Chriſtiani Sintenis*, praes. Io. Guil. Bergero, —— disp. II. resp. M. I. Chriſtian. Henrici, Wittebergae 1734 4. —— *Henr. Wilkens*, praeſide D. *Nicolao Nonnen*, disp. ſpecimen antiquitatum Corinthiacarum ſelectarum ad illuſtrationem vtriusque epiſtolae Paulinae. Bremae. 1747. 4. —— Vita Paulli in *Witſii* meletem.

tem. Leidens. fect. III. —— de philosophia Paulli in *Heumanni* actis philos. tom. III. pag. 124. sqq. 145. sqq. —— Contra Bieccium et Heumann. disputauit *M. Nic. Ern. Zobelius* in exercit. acad. de D. Paullo philosopho, Altdorf. 1731. 4. qui Paulo studium et scientiam philosophiae, litterarum humaniorum, oratoriae etc. vindicare conatus est. Conf. *I. Bened. Carpzouii* sacras exercitationes in S. Paulli epistolam ad Hebraeos ex Philone, Helmstad. 1750. 8. *Schmid* in historia antiqua canonis, pag. 565 — 675. *Christ. Frid. Matthaei* edidit Glossarium in epistolas Paullinas, in Glossariis graecis minoribus 1775. Moscou. —— De ornatu atque artificio epistolae Paulli ad Philemonem, in singulari prolusione egi, quam recudi feci in Opusculis meis varii argumenti p. 171. sqq. —— Paulli apostoli ad Philemonem epistola, gr. et lat. illustrata, et vt exemplum humanitatis Paullinae proposita a *Lebrecht Christ. Gottl. Schmidio.* Lipsiae 1786. 8. —— M. *Io. Georg. Car. Klotsch* progr. de occasione et indole epistolae Paulli ad Philemonem, Wittebergae 1792. 4. —— De eruditione Paulli interpretes in diuersas abierunt sententias. Iudaicae quidem doctrinae et disciplinae illum probe gnarum fuisse, infitiatur nemo; at scientia graecorum scriptorum profanorum, et litterarum, quarum copia in illo fuisset, maiore iure negatur. Nam quod ex poetis graecis aliquot loca excitauit, et Tarsi, quae vrbs litteris bonis abundauit, educatus est, id nondum valet ad cognitionem atque intelligentiam litteraturae graecae demonstrandam: id, quod

dilucide oſtenderunt *Immanuel Hofmannus*, *) Profeſſor quondam Tubingenſis, in diſſ. de Paullo Apoſtolo, ſcripturas profanas ter allegante, nec tamen in omni literatura graeca verſante, Tubingae 1770. 4. et *Chriſtian. Guil. Thalemann*, theologus Lipſienſis, in diſſ. de eruditione Paulli Apoſtoli iudaica, non graeca, Lipſ. 1769. 4. Graecam tamen eruditionem cum Zobelio paullo ante memorato aliisque permultis viris doctis Paullo adſerere ſtuduit *A. B. Grulich* in Betrachtung über die griechiſche Gelehrſamkeit des Apoſtels Paullus, Witteberg. 1774. 4. —— *Tib. Hemſterhuſii* orationes, quarum prima eſt de Apoſtolo Paullo etc. Leidae 1784. mai. 8. —— De eloquentia Paullina, ſpecimen —— *Thorkilli Baden*, Hafniae 1786. 8. — M. *Io. Frid. Lippold* rhetoriſche Anmerkungen über die Schreibart des Apoſtels Paulus und über einige Briefe deſſelben, aus den Schriften des Io. Chryſoſtomus geſammlet. Witteb. et Zerueſtae 1779. 8. —— *I. Guil. Bergeri* disp. τὸ βαρυ και ἰσχυρον Paullinum, respond. auct. M. *Io. Chriſtoph. Gubitio*, Wittebergae, 1721. 4. — *D. Io. Henr. Schramii* orat. de ſtupenda eruditione Paulli. Herbornae 1710. —— *Chriſti. Philipp. Dohmii* diſſ. de metaphyſica Paulli. Rinteliae 1717. 4. —— *Georg. Guil. Kirchmaieri* diſſ. de D. Paulli iurisprudentia, ſigillatim locum ſacrum Iuſtificationis penitus enucleante. Witteb. 1730. 4. —— Addi poſſunt,

*) Idem eamdem ſententiam iam antea fouerat in diſſ. de ſtilo apoſtoli Paulli ex II. Cor. XI. 6. Tubingae 1757. item *Bieccius* in Heumanni actis philos. l. c. contra M. *Io. Dau. Strobbachii* diſſ. de Apoſtoli Paulli eruditione, Lipſiae. 1708, 4.

possunt, vt multos maioris minorisue molis praetermittam libros, *M. Io. Iusti Spier* disput. qua testimonia patrum quinque primorum saeculorum de Paulli apostoli itinere in Hispaniam confecto labefactantur. Witembergae 1740. — *M. Bernardi Elsingi* diss. historico-critica de Pseudepigraphis S. Pauli apostoli. Lipsiae 1707. 4. — Fragmentum Paulli quondam peruersi ἀϑεοπνευςον inter Iudaeorum preces obuium et ad examen reuocatum a *Gustauo Georgio Zeltneri* Theol. Altdorfino. Altdorfii 1713. 4. — *Io. Casp. Santorocci* diss. ad act. apost. XXV. 10 — 12. de apostoli Paulli ad Caesarem appellatione, Marburgi 1721. 4. — *Ioann. Hoffler* diss. praes. Io. Guil. Baiero, de caecitate Paulli, ad Act. IX. XXII. XXVI. Altdorfii, 1725. 4. — M. *Nic. David Briegleb* diss. quae *Tertium* scribam epistolae Paulli ad Romanos sistit, Rom. XVI. 22. subiunctis quibusdam eloquentiae Paullinae (ex epistola ad Romanos) speciminibus. Ienae 1754. 4. Inter alia refutat sententiam *Frid. Guil. Rolosii*, in comment. de tribus D. Paulli apostoli nominibus ad illustr. Rom. XVI. 22. Ienae 1731. 4. prolatam, illum *Tertium* ipsum esse Paullum. — *Wallenii* Acta Paulli Ephesina Act. XIX. disp. etc. Grypswald. 1785. 4. — Horae Paulinae. Or the truth of the scripture-history of S. Paul, by a comparaison of the epistles, which bear his name, with the Acts of the Apostles and with one another by *Will. Paley*, A. M. Archdeacon of Curlisle. Londini 1790. 8. v. Ien. A. L. Z. a. 1792. nr. 25. mens. Ian. — Commendandae praeterea sunt *Windheim* diss. sub praesidio Baumgartenii habita,

 de

de Paullo gentium apoſtolo contra Thomam Morgagnum, Halae 1745. *Lud. Frid Cellarii* diſſ. de Paullo gentium profanarum Apoſtolo etc. Witteberg. 1776. *Balthaſeris Stolbergii* de ſoloeciſmis et barbariſmis graecae noui foederis dictioni falſo tributis, vt et de Ciliciſmis aliisque a D. Paullo noue vſurpatis, exercitt. Witteb. 1681. *Fuhrmann* comment. de concinnitate in epiſtola Paulli ad Romanos, Lipſ. 1776. (rec. in commentatt. theol. a Velthuſio etc. editis vol. I. pag. 461. ſqq.) et de ſubtilitate Paulli in argumentis tractandis, ibid. 1777. 4. *Caroli Ludouici Baueri* philologia Thucydideo - Paullina, vel notatio figurarum dictionis Paullinae cum Thucydidea comparatae in vſum exegeſeos ſacrae vulgata, Halae Saxon. 1773. 8. *Eiusdem* logica Paullina etc. Halae 1774. 8. — *Eiusd.* rhetorica Paullina etc. Halae 1782. 8. III. tom. At infinitum foret, omnes enumerare, qui de Paullo eiusque ſcriptis ſatisque, aut commentarios in illius epiſtolas ſcripſerunt. conf. *Lilienthalii* bibliſchen Archiuar. der heil. Schrift N. T. pag. 421. ſqq. —— Intelligenz - Blatt der allgemein. Litteratur - Zeit. n. 43. m. Mart. 1791. pag. 348 ſqq. de recentioribus edd. verſionibus, explicationibus etc. epiſtolarum Paullinarum, et Repertorium etc. ab a. 1785. ſqq.

§. 9.

PETRVS.

1. Anno Neronis XIIII. Chriſti LXVIII. (ſecundam alios a C. LXIV. aut LXV.) cruci adfixus animam reddidit ſoteri ſuo.

2. *Petri*

2. *Petri* nomen a Christo inditum accepit; antea *Simon* dictus. De primatu Petri et prima sede apostolica romana dubitant omnes puriori doctrinae christianae addicti.

3. Scripsit duas epistolas: quamquam sunt, qui posteriorem epistolam Petro abnegent. *) Maiore tamen iure alii illam vindicant Petro. Perperam vero sub nomine illius olim circumferebantur *Epistola ad Iacobum*, et *Missa apostolica*, siue diuinum sacrificium S. Apostoli Petri. — *D. Io. Sal. Semleri* paraphrasis in epistolam I. Petri, cum latinae translationis varietate et multis locis. Halae Saxon. 1784. 8. Is, haud pauca loca, censet, esse ab interpretibus aliisque inserta. Multa autem loca ex historia illius aeui studet explicare, et arbitratur, epistolam Petri prius, quam Iacobi, esse scriptam et ad Christianos ex Iudaeis factos exaratam. Vide tamen quaedam contra illum dicta in censura illius libri in ephem. litter. Lipsiens. a. 1784. plag. XXI. — Epistolae catholicae. graece. perpetua adnotatione illustratae a *Dauide Iulio Pott*, theol. et philos. Doctore et P. P. O. theol. in academ. Iulia Carolina, vol. II. comple-

*) Inter recentiores fidem, originem atque auctoritatem diuinam abregat illi *Io. Fried. Gruner*, theologus Halensis, in Praktische Einleitung in die Religion der heil. Schrift, Halae 1773. 8. p. 57. sq. contra adserit eam Petro, *Fried. Eberhard. Boysen* im Versuch einer praktischen Erklärung der beyden Briefe Petri und des Briefes Iudae, Halae 1775. 8. pag. 265. sq. In eodem argumento versatur *Fried. Aug. Ludou. Nietzsche* in libro inscripto: Epistola Petri posterior auctori suo, in primis contra Grotium vindicata atque adserta, Lipsiae 1785. mai. 8.

plectens vtramque epistolam Petri. Gottingae 1790. 8. conf. Gotting. ephem. litter. plag. 185. a. 1790. — Epistolarum catholicarum septenarius graece etc. opera *I. B. Carpzou.* v. supra, §. 7.

4. Conf. *I. Alb. Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. eiusdem cod. Apocryph. N. T. pag. 906. sqq. *Hamburgeri* Z. N. Vol. II. pag. 74. *Schmid* historia antiq. — canonis pag. 689. sqq. — *Io. Ad. Osiandri* II. Dispp. de praecipuis lectionibus variantibus in Epistolis catholicis N. T. occurrentibus, Tubingae 1747. — *Gottl. Christ. Storr* diss. de catholicarum epistolarum occasione et consilio. Tubingae 1789. 4. Plura tamen contra auctorem disputantur in *Pauli* Bibliothek von Anzeigen und Auszügen kleiner Schriften vol. II. part. I. a. 1790. pag. 108. sqq. — *Christian. Kortholti* disp. de Simone Petro, primo apostolorum et vltimo, Gottingae 1748. 4.

§. 10.

IACOBVS MINOR.

1. A. C. 62. vel 60. e lorica templi per Iudaeos deiectus fullonisque baculo ad mortem vsque caesus dicitur. — *Franc. Anton. Zaccaria* in diss. latinis de rebus ad historiam atque antiquitates ecclesiae pertinentibus, Fuligni 1781. 4. in commentat. I. contendit cum Bollandistis, Iacobum minorem, fratrem Christi, episcopum Hierosolyim. diuersum esse a Iacobo, Alphaei filio, nec auctorem esse epistolae, cuius parens potius sit Iacobus maior, Zebbedaei filius. Disputat contra Natalem Alexandrum, Tillemontium aliosque, secus

ſecus iudicantes. Iacobus igitur Alphei filius ab eo non habetur apoſtolus. Neglexit vero, quae Proteſtantes, praecipue Lardner, de hac re ſcripſerunt v. ad Fabr. loc. infra citatum.

2. Scripſit *Epiſtolam*, *) quam quidem nonnulli tam veteres quam recentiores ab Apoſtolo exaratam eſſe, negant: ſed maiore iure vindicant illi *Io. Frid. Gruner* in Iſagoge paullo ante memorata pag. 55. ſqq. *Schmid* in hiſt. antiq canonis etc. pag. 676. ſqq. aliique. — *D. Io. Sal. Semleri* paraphraſis epiſtolae Iacobi, cum notis et latinarum translationum varietate. Halae Sax. 1781. 8. In prolegomenis de ingeniis apoſtolorum et reliquorum doctorum diuerſis, de conſilio apoſtolorum in ſuis epiſtolis de tribus, quas ſibi videtur reperiſſe, factionibus antiquiſſimorum chriſtianorum etc. agit. —— *Iacobi* epiſt. catholica graece, in ſectiones nouas diuiſa. Adiiciuntur, praeter verſionem latinam nouam, ſcholia, in quibus interpunctionum, explicationis et cohaerentiae ratio declaratur a *I. B. Barpzouio*, D. et P. P. theolog. et Abbate. Helmſtadii 1782. 4. —— Sanctorum Iacobi et Iudae apoſtolorum epiſtolae catholicae, —— lat. vertit *Seb. Seemiller*, Noribergae 1783. 8. —— Epiſtola Iacobi —— a *C. F.*

*) *S. Iacobi* apoſtoli epiſtolae catholicae verſio *arabica* et *aethiopica*, vtraque latinitate donata — opera — *M. Theodori Petraei.* — Lugd. Bat. ex offic. Io. et Dan. Elſevier. 1654. mai. 4. conf. *Baumgart* Nachr. von einer halliſch. Bibl. vol. IV. p. 473. ſq. vbi quoque p. 471. eiusd. edd. verſionis arab. et aethiop. epiſtol. III. S. Ioannis, pag. 474. epiſtolae Iudae ib. eod. a. recenſentur.

F. Storr, Tubingae, 1784. —— *Baumgartenii* examen variantium lectionum in ep. Iacobi Halae 1751. 4. — cel. *I. Aug. Noesselt* disp. siue coniecturae ad historiam catholicae Iacobi epistolae. Halae 1784. 4. et in eiusdem Opusc. tom. II. *Theoph. Erdm. Gierig* de virtutibus ep. Iacobi, Duisburg 1782. 4. — *Gabler* de Iacobo epistolae auctore. Altdorf. 1787. 4. — *Iacobum* epistolam suam primum syriace scripsisse contendit cl. *Io. Melch. Faber*, Profess. et Rector Gymnasii Onoldini, in prolusione: Obseruationes in epistolam Iacobi ex Syro, Coburgi 1771. 4.

Falso adcensentur Iacobi scriptis 1) Proteuangelium siue de natalibus Iesu Christi et ipsius matris Virginis Mariae; 2) Euangelium infantiae Christi, quod alii Matthaeo; alii *Thomae* *) olim adfinxe-

*) Conf. supra ad paragr. 2. In bibl. Vindobon. quondam fuerat cod. mutilus et lacerus, in cuius titulo et principio auctor *τῶν παιδικῶν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* diserte nominatur *Θῶμας ὁ Ἰσραηλίτης*, et de eius libelli *νοθείᾳ* copiosus est *Lambecius* in comment. de bibl. Caes. vol. VII. pag. 580. sqq. Meminit eiusdem codicis *Iac. Tollius* in epist. Itinerar. quarta pag. 100. Sed *Kollarius* in nota ad Lambecii locum animaduertit, codicem illum vel alicuius scelere, vel recentioris bibliopegae incuria periisse. Fabricius tamen in Cod. apocrypho N. T. part. I. pag. 159. ex specimine a Lambecio adscripto, quasdam lectionum protulit varietates. Idem Kollarius consulere iussit *Tentzelii* monathliche Unterredungen ad a. 1697. pag. 554. — *Thomae euangelium* e cod. Bonon. saec. XV. auctius cum lectt. varr. in lucem emisit *Mingarellus* in Nuova Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici. Venet. 1764. tom. XII. pag. 13. sqq.

finxerunt, 3) Liturgia quaedam, cuius tamen ante medium saeculum quintum nuspiam iniecta est mentio.

3. Adde *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. ibique adnotata p. 817. etc. *eiusdem* cod. Apocr. N.T. pag. 39. sqq. *Hambergeri* Z. N. II. pag. 67. sq.

§. 11.

IVDAS, FRATER IACOBI MINORIS. *)

1. *Dodwell* diss. in Irenaeum I. nr. 14. pag. 15. Iudam, putat, *epistolam* suam scripsisse circiter a. C. 71. *Schmid* vero in historia antiqua canonis pag. 705. refert illam ad an. Dionys. 75.

2. Originem atque auctoritatem illius epistolae nonnulli in dubium vocarunt. v. Schmid aliosque, qui illam Iudae adserunt. Sic quoque *Cunaeus* de republ. Hebraeorum II. cap. 1. propter memoratum Enochi scriptum, illam esse negat genuinam. *Grunerus* quoque libr. excit. pag. 59. Lutheri sententiae de dubia illius epistolae fide subscribit. —— *Petrus Kirstenius*, Vratislau. edidit Epistolam S. Iudae ex MS. Heidelbergensi arabice ad verbum translatam, additis notis ex textuum graecorum et versionis latinae vulgaris collatione. Vratisl. 1611. fol. —— M. *Io. Vlr. Geisleri* disp. praes. Seb. Schmidio de epistola D. Iudae Apostoli catholica, Argentor. 1615. 4. —— (*I. Ben. Carpzou.*) progr. in D. Iudae Apo-

*) Alii tamen, quis fuerit ille Iudas, inter se dissentiunt. Probabilior vero esse videtur illorum sententia, tanta opinionum diuersitate historicorumque argumentorum penuria, posse nihil certi definiri.

Apostoli epistolam catholicam symbolae grammaticae et philologicae. In praefat. inquiritur, vnde apostolo constiterit de archangeli Michaelis cum diabolo certamine propter Mosen. Helmstad. 1781. 4. recus. cum aliis, vide supra, §. 7. Sed in illa epistolarum cathol. collectione omissa est praefatio de Michaelis certamine etc. —— Der Brief Iudae übersetzt und erläutert aus einer neu eröfneten morgenländischen Quelle von *Frid. Ioach. Hasse*, Ienae 1786. 8. Fontem orientalem intelligit Zendauestam, ex quo quidem parum lucri emolumentique poterit hauriri. In introductione arbitratur *Hassius*, a) auctorem epistolae non fuisse apostolum, nec Iacobi nec Iesu fratrem; sed cognatum Iacobi iunioris; b) epistolam scriptam esse circa a. Chr. 60 — 70. — c) missam esse ad Iudaeo-Christianos; d) et vt hos reuocaret a defectione; e) comparat eam epistolam cum II. Petrina, quarum quidem neutra est alterius exemplar; f) agit de canonica epistolae auctoritate cui prouocatio ad Enochi aliorumque apocryphos libros haud obsit. Verum in explicatione permultorum epistolae locorum culpauit Hassium et dissensum declarauit auctor censurae in nouis ephem. Lips. plag. 103. a. 1786. pag. 1633. sqq.

3. Adde *Fabricii* B. Gr. IIII. pag. 820. sqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. p. 128.

4. Adhuc tantum memorabo, *Adamum Vizer* Theologiae doctorem et professor. in Vniuersitate Tyrnau. in Praenotionibus hermeneuticis, Tyrnauiae 1777. 4. pag. 224. de apocryphis euangeliis, historiis, reuelationibus, liturgiis et epistolis copiose

ose egisse, et plenum illarum catalogum dedisse: atque *Frid. Guil Rolossium* dissert. Isaaci de Beausobre de noui foederis libris apocryphis latinam e gallica fecisse, Berol. 1734. 8. Eiusdem *Beausobrii* commentationem germanice factam, a *Marco Guilielmo Müllero*, Abhandlungen, worinnen gezeigt wird, dass die apocryphischen Schriften aus den ersten christlichen Iahrhunderten die Gewisſheit der christlichen Religion nicht schwächen, sondern bestätigen, in Beyträgen zur Beförderung theologischer und anderer wichtigen Kenntnisse etc. herausgegeben von *Io. Andr. Cramero*, Kilon. 1777. Part. I. pag. 251. sqq.

Liturgias, canones apostolicos et alia apostolorum ac discipulorum opuscula supposititia collegit, doctisque animaduersionibus instruxit *I. A. Fabricius* in Codice apocrypho N. T. part. I. II. Hamburgi, 1703. 8. part. III. ib. 1719. 8. (conf. Fabr. B. Gr. IV. pag. 822. sqq.) In illius codic. part. I. pag. 213 — 237. et part. III. pag. 467. agitur quoque de alio *Nicodemi* euangelio, cuius argumentum est historia condemnationis, mortis, descensus ad inferos, et resurrectionis Iesu Christi, et adscensionis in coelos ex quatuor euangelistis et aliis legendis vtcumque congesta. Ego vero hic duo tantum recentissima scripta commemorabo. Codicis antiqui, qui est in bibliotheca congregationis s. coenobii Einsiedeliensis, (Einsiedeln,) lectiones variae collectae et a. 1791. editae sunt ad calcem libri: *Io. Iac. Hess* Bibliothek der heiligen Geschichte, etc. part. I. Postea separatim prodiit Disquisitio historico-critica de indole, aetate, et vsu libri apocryphi, vulgo inscripti: *Eu-*

angelium Nicodemi, auctore *Guil. Lud. Brunn*, minist. candidato. Berolini 1794. 8. Docet auctor, in Fabricii cod. apocrypho esse textum latinum, (antiquum, quae est versio, textu graeco pereunte,) corruptum, et posse corrigi ex versione gallica, quae reperitur in libro romanensi: La tres elegante, melliflue et tres plaisante hystoire du Roi Percé forest, 1513. Brunnio titulus illius euangelii fuisse videtur Gesta s. acta Pilati; et Pilati narrationem, censet, de Christo fuisse comprehensam in Nicodemi euangelio. Huius auctor in nonnullis locis verbotenus consentit cum nostris S. S. euangeliis; in nonnullis discrepat. Quare, auctorem forsan hausisse ex euangelio hebraeo; forsan quoque ex aliis fontibus, Brunn. suspicatur. Lingua illi fuisse videtur hellenistica, quae etiam in versione fiat manifesta. Hinc opinatur idem, auctorem fuisse Iudaeum hellenisticum, ad castra Christianorum transeuntem, et ante medium saeculum II. scripsisse. Caput autem XXVIII. apud Fabricium est neque in codice Einsiedeliensi, neque in versione tam gallica, quam anglica. Enimuero auctoris consilium fuisse videtur, Iudaeos vel ipsis illorum doctorum seu sacerdotum testimoniis conuincere, Iesum esse Messiam. Adde ephem. litterar. Noribergens. a. 1794. plag. 94. pag. 745. sqq.

De *canonibus apostolicis* magna orta est et agitata controuersia. *Io. Tillius* Lutetiae Paris. 1540. edidit Apostolorum et aliquot conciliorum, sed graecos duntaxat, canones. Versio illorum lat. exstat in collectione conciliorum Coloniensi, tum Moguntina et Parisiensi. — gr. ac lat. *Gregor. Holoan-*

Ioander ad calcem Nouellarum Iustiniani imper. Norib. 1531. fol. — *Gentianus Heruetus*, cum scholiis Theodori Balsamonis, et cum aliis canonibus conciliorum et SS. patrum. Paris. 1561. fol. — *Apostolorum et Sanctorum conciliorum decreta* e Canonicorum D. Hilarii Pictauiensis et Augusta bibl. gr. et lat. (cum epicrisi D. Osiandri,) vulgauit *M. Elias Ebingerus*, Augustanus. Witebergae. 1614. 4. — *Guil. Beuerigius* *) in Synodico siue Pandectis canonum, cum Balsamonis, Zonarae et Alexii Aristeni schol. gr. et lat. Oxon. 1672. fol. — *Franc. Turrianus* ad calcem constitutionum apostolicarum, lat. Antwerp. 1578. fol. — *Io. Bapt. Cotelerius* in Patribus apostolicis tom. I. ad calcem Constitutionum apostolicarum, gr. cum duplici versione, vetere Dionysii nouaque sua et notis. Paris 1672. fol. in ed. Amstelodam. *Io. Clericus* adiecit quoque Beuerigii adnotatt. — etc. Illorum auctoritatem atque integritatem oppugnarunt Magdeburgenses centuriatores, *Dallaeus* in libro mox laudando, *Matthaeus Larroquanus* in Obseruatt. ad Beveregii adnotationes, *Ittigius*, *Rob. Turnerus*, Anglus, *Henr. Benzelius* in diss. de canonibus apostolicis, in eius syntagmate dissertationum edit. a *Io. Erhardo Kappio*, Francof. et Lipsiae 1745. 4. pag. 129. sqq. Fabricius etc. contra defenderunt *Francisc. Turrianus*, *Guil. Beuerigius* in adnotatt. ad canones apostol. et separatim in Codice canonum primitiuae ecclesiae vindicato; in primis *Guil. Whiston* in Essay on the

L 2 Apo-

*) *Clement* bibl. curieuse tom. III. 267. sqq. et *Baumgart.* Nachr. von merkw. Büchern, tom. III. pag. 354. sqq.

Apoftolical - Conftitutions, quae eft tertia pars operis infcripti: Primitive Chriftianidy reviv'd: in four Volumes etc. Londini. 1711. 8. altera pars continetapoftolicas conftitutiones,graece,(fecundum ed. Venetam 1563. ex qua etiam V. L. orae adpofitae funt,) et anglice. Plura de hoc libro et fummam totius operis reperies in *Baumgartenii* Nachrichten von einer hallifchen Biblioth. tom. IV. pag. 237 — 254. et tom. VI. pag. 179. fqq. vbi vita Whiftoni (anglice fcripta, Londini 1749. 8.) enarratur. Adde *Ioan. Dallaeum* de pfeudepigraphis apoftolicis feu libris VIII. conftitutionum apoftolicarum apocryphis libri III. Hardeuici 1653. 8. (contra Turrianum disputat: plura v. in *Stollii* Nachrichten von den Büchern — in der Stollifch. Biblioth. part. XIV. Ienae 1741. 4. pag. 502. fqq.) — D. *Io. Guil. Iani* diff. de antiquitate canonum apoftolorum, Wittebergae 1706. 4. et *Fabricii* B. Gr. vol. XI. pag. 5. fqq. vbi praeterea plura Whiftoni aliorumque fcripta indicantur. — Iam vett. fcriptores canones apoftolicos et reliquos vel in compendium redegerunt, e. gr. *Alexius Ariftenus* *), cuius σύνοψις canonum eft in *Bibliotheca iuris canonici veteris* — opera et ftudio *Guil. Voelli et Henrici Iuftelli*, Lutetiae Paris. 1661. fol. tom. II. pag. 673. fqq. tum *Simeon* Magifter et Logotheta, in eadem bibliotheca tom. II. pag. 710. fqq. et alii: contra alii vett. vt *Theodorus Prodromus*, *Io. Zonaras*, *Alexias Ariftenus et Theodorus Balfamon*, fcholiis et expofitione illuftrarunt canones ecclefiafticos. Plura

*) Hic fuit Ictus graecus, circ. a. C. 1160. v. *Saxii* Onom. II. pag. 253. et quos ille citat.

Plura de his scripserunt *Voellius* ac *Iustellus* in praefat. ad bibliothecam etc. et *Fabricius* l. cit. pag. 43. sqq.

Bresbyterorum et diaconorum Achaiae de martyrio S. *Andreae* Apostoli epistola encyclica, graece versa, notis et diss. illustrata sunt a *Car. Christiano Woog*, Lips. 1749. 8. de quo leui opere consule Museum litterarium, vol. II. Altdorf. 1776. in primis *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. vol. IV. pag. 360 — 373. vbi non solum argumentum et scripti suppositiții ac Woogianarum notarum indicatur, sed multa quoque secus docteque explicantur. — Vitae patrum ex editione *Heriberti Rosweydi* ed. II. Antwerpi 1628. fol. — *Laurentii de la Barre* historia christiana veterum patrum. Paris 1583. fol. — Add. *Gottfr. Lumperi* historiam theologico-criticam de vita, scriptis atque doctrina sanct. patrum etc. part. I. Augustae Vindel. 1783. m. 8. De hoc et reliquis apostolis vide Pritium et Hofmannum in Introductione pag. 281. sqq.

CAPVT IV

DE PATRIBVS, qui vocantur, ET RELIQVIS SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS

§. 1.

Breuitatis excusatione in tanta dicendorum copia me haud egere arbitror, quod in omnibus maioribus minoribusue libris, quae ad historiam pertinent ecclesiasticam, de illorum vita, eruditione, quae quidem in plerisque exigua fuit, ingenio, virtutibus vitiisque, quae illas haud raro vicerunt, abunde disputari solet. Nec de controuersiis, quae quidem satis illiberales Christique adseclis et populi magistris indignae haud raro fuerunt, et diuersorum sectis atque erroribus dicendi locus est. Atque *Baronius*, *Pagius*, *Natalis Alexander*, *Caue*, *Oudinus*, *Arnoldus*, *Weismann*, *Du Pin*, *Ceillier*, *Ittigius*, *Moshemius*, *Stollius*, vterque *Walchius* et Ienensis et Gottingensis, *Baumgarten*, *Semler*, *Schroekhius*, *Hencke*, *Papstius* aliique multi in vtramque partem fusius disputarunt de illis, ita vt sitim aut excitare, aut exstinguere, etiam auidissimo et quasi inhianti, possent. *) Prodiit quoque *Io. Iusti von*

*) Conf. *Keil* V. C. systematisches Verzeichniss derjenigen theologischen Schriften und Bücher, deren Kenntniss

von Einem (exilis potius, quam) succincta introductio in bibliothecam graecam et latinam ecclesiasticam, qua praecipui scriptores sacri, hermeneutico-exegetici, thetici, morales, polemici, casuistici, homiletici et historico-ecclesiastici a saeculo post C. N. I. vsque ad XVIII. breuiter recensentur, Magdeburgi 1738. 8. Quoniam tamen scriptores illi ecclesiastici pro sua quisque dignitate, factis, eruditione meritisque famam et celebritatem nominis adepti, in historia litteraturae graecae pleniore omitti non debent: equidem in illis recensendis breuitati quam maxime studebo. Vtilitatem vero, quam adcurato et critico N. T. interpreti, diligentiori tam ciuilis, quam ecclesiasticae historiae indagatori, et philosophiae veteris omnisque philologiae atque antiquitatis amanti lectio permultorum illorum sacerdotum adferat, nemo, opinor, rerum intelligens negabit, (confer M. *Io. Chr. Bang*, progr. de vsu patrum ad recte discendam theologiam Marpurg. 4.) Atque, qui caute acuteque versat libros ecclesiasticos, iam prouidebit, ne vmbram pro Iunone amplectatur. At vero de his rebus videbunt theologi. Equidem secundum nullum iudico, nec cuiuspiam sententias atque opiniones siue veras, siue falsas, siue sobrias, siue ieiunas, siue fructuosas, siue steriles aut pueriles sub incudem voco. Consulat, cui volupe erit, *Wilhelmi*, theologi Friburgens. Patrologiam ad vsus academicos, Friburg. 1775. 8. — *F. Macarii a S. Elia Carmel. excalc.* Institutiones

L 4 patro

Kenntniss allgemein nöthig und nützlich ist. ed. II. Stendal. 1792. 8. pag. 200 sqq.

patrologiae, edit. III. ab authore recognita. Grätz in Stiria 1785. 8. Veterem ecclesiae suae viam sequitur. — *Io. Dallaeum* de vsu patrum etc. Geneuae 1686. 4. — D. *Sam. Godofr. Geyseri* III. diss. de vsu scriptorum veteris ecclesiae. Wittebergae. 1765. 4. — Cel. *Keil* eruditum progr. de caussis alieni Platonicorum recentiorum a religione Christi, animi Lipsiae 1785.4. — eiusd. disp. de doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per platonicas sententias theologiae liberandis, commentatio I. Lipsiae 1793. — comment. II. ibid. eod. anno. — *Io. Clerici* epistol. criticas et ecclesiasticas (de quibus v. *Stollii* Nachrichten von den Büchern etc. part XIII. p. 389. P. XVII. pag. 3. sqq. et de eius cum Caueo controuersia de scriptor. ecclesiasticis, in Hist. des Ouvrages des Savans de l' an. 1700. pag. 74. sqq. Acta erudit. Lips. a. 1701. pag. 68 sqq. et 71 sqq.) Ab eodem *Stollio* cit. part. XVII. pag. 34 sq. describitur liber: πατρολογια siue de libertate veterum doctorum scripta iudicandi: qua dilucide ostenditur, omnes fere patres errorum et haereseωn ab ipsis pontificiis argui atque postulari, auctore *Io. Batsacco*, D. aedis D. Mariae S. pastore Gedani. 1664. Stetini. 8. — Aetates patrum praecipuorum ex certis fundamentis historicis atque chronologicis accurate demonstratae. Adiecta est etiam chronologia conciliorum sex oecumenicorum, in quo opusculo pleraque difficiliora in historia imperatorum et ecclesiae illustrantur: cum indice triplici 1) chronologico, 2) patrum, 3) rerum: auctore *Casparo Heunischio*, in ciuitate, Suinfurto pastore et Prof. P. Rotenburgi, sumt. auctoris et typis Noah de Millenau,

nau. 1677. 8. Denique addi poteſt libellus; Abhandlung zur Dogmen Geſchichte der älteſten griechiſchen Kirche bis auf die Zeiten Klemens von Alexandrien, (auctore M. *Gaabio*) Ienae 1790. 8. in cuius ſectione IV. de textu, edd. et verſionibus agitur.

§. 2.

Ad fructum vero efficacior, aptiorque inſtituto mihi quidem eſſe videtur breuis quarumdam collectionum aliorumue ſubſidiorum commemoratio. Plura vero dabunt *Thomas Ittigius* de bibliothecis et catenis patrum variisque veterum ſcriptorum eccleſiaſticorum collectionibus, Lipſ. 1707. 8. et *Hambergerus* in Zuverl. Nachrichten etc. tom. I. pag. 174. ſqq. — De *Catenis*, ſiue comprehenſionibus expoſitionum librorum ſacrorum e diuerſis patrum eccleſiaſticorum commentariis ſcriptisue ſelectarum et diſpoſitarum, praeter Ittigium diligenter egerunt *Fabricius* in B. Gr. vol. VII. pag. 728. ſqq. *Io. Chriſtoph. Wolf* in diſſ. catenas patrum graecas, easque potiſſimum MSS. ex codd. quibusdam Anglicanis ſiſtente, Vittebergae 1718. in primis cel. *Io. Aug. Noeſſelt* in diſput de Catenis patrum graecorum in nouum teſtamentum Obſeruationes, Halae Magdeb. 1762. cl. *Keil* in ſyſtematiſch. Verzeichn. der theologiſch. Schriften ed. II. p. 46 ſqq. et b. *Io. Georg Walch* in Bibliotheca patriſtica, litterariis adnotationibus inſtructa, Ienae 1770. cap. III. pag. 159. ſqq. in quo praeclaro libro alia ſcitu maxime neceſſaria de ſcriptoribus eccleſiaſticis, eorum libris, editionibus, in-

genio, doctrina, erroribus etc. reperiet antiquitatis ecclesiasticae studiosus.*)

Collectiones igitur praecipuae sunt, quae sequuntur:

Monumenta S. patrum Orthodoxographa, h. e. theologiae sacrosanctae et sincerioris fidei doctores, numero circiter LXXXV. etc. Basileae, ex offic. Henric-petrina 1569. fol.

MagnaBibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum etc. XVII. tom. Paris. 1654. fol.

Graecolat. patrum bibliothecae nouum auctuarium: tomus duplex — opera et studio — *Francisci Combefis*, Paris. 1648. fol.

Bibliothecae graecorum patrum auctarium nouissimum, in quo varia scriptorum ecclesiasticorum — opuscula Flauii Iosephi, S. Hippolyti Episc. et Mart. S. Methodii etc. — *Franciscus Combefis*, pleraque noua produxit, omnia recensuit, vertit ac continuis notis illustrauit, Paris. 1672. fol.

Maxima bibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum etc. tom. I — XXVII. Lugduni 1677. fol. Versiones graecorum scriptorum latinae tantum exhibentur.

Collectio noua Patrum et Scriptorum graecorum, Eusebii Caesariensis, Athanasii et Cosmae Aegyptii. Haec nunc primum ex MStis codd. graecis

*) Specimen ineditae gr. Catenae ad quatuor euangelistas e cod. Mosquensi proposuit cl. *Matthaei* in Lectionib. Mosquensib. vol. I. Lipsiae 1779. 8. pag. 7. sqq. in vol. II. dedit pag. 60 sqq. glossarium paruum in epistolas apostolorum gr. et pag. 72 sqq. animaduersiones ad illud.

graecis etc. eruit, latine vertit, notisque illuftrauit *D. Bernard de Montfaucon*, tom. I. II. Paris. 1707.

Ecclefiae graecae monumenta, tom. I — IV. *Io. Baptifta Cotelerius*, e MSS. codd. produxit in lucem, latina fecit, notis illuftrauit, Lutetiae Parifior. 1677—1692. 4.

S. S. Patrum, qui temporibus apoftolicis floruerunt, Barnabae, Clementis, Hermae, Ignatii, Polycarpi Opera vera et fuppofititia. Vna cum Clementis, Ignatii, Polycarpi actis atque martyriis *I. B. Cotelerius* ex MSS. codd. eruit ac correxit, verfionibus et notis illuftrauit. Acceflerunt in hac noua editione notae integrae aliorum virorum doctorum, — item Guilielmi Beueregii codex canonum primitiuae ecclefiae vindicatus, Iacobi Vfferii diff. Ignatianae et Io. Pearfonii vindiciae epiftolarum S. Ignatii. — recenfuit et notulas aliquot fuas et aliorum adfperfit *Io. Clericus*: editio altera auctior et accuratior, tom. I. II. Amftel. 1724. fol.

Spicilegium S. S. patrum, vt et haereticorum feculi poft C. N. I. II. et III. — edidit, ac fingula tam praefatione, quam notis fubiunctis illuftrauit *Io. Ernest. Grabius*, editio altera, priori auctior et emendatior, Oxoniae et Londini 1714. 8.

Ioannis Meurfii variorum liber vnus, in quo auctores theologi graeci varii, antehac numquam vulgati, Lugd. Bat. 1619. 4.

Graeciae orthodoxae tom. I. — *Leo Allatius* primum e tenebris eruit et latine vertit: cuius notae in poftremum tomum reiiciuntur, Romae 1652. tom. II. 1659. 4. conf. *Baumgart.* Nachrichten von merkwürd. Büchern vol. VII. pag. 516. fqq.

Leonis

Leonis Allatii συμμικτα, siue Opusculorum graecorum et latinorum, vetustiorum ac recentiorum, libri duo. Edente, nonnullis additis, *Bartoldo Nihusio*, Coloniae Agrippinae 1653. 8.

Stephani le Moyne Varia sacra, seu sylloge variorum opusculorum graecorum ad rem ecclesiasticam spectantium, gr. et lat. cum notis et obss. tom. I. II. Lugd. Bat. 1685. 4.

In *Iac. Sirmondi* operibus variis collectis sunt S. Theodori Studitae epistolae aliaque scripta dogmatica, numquam antea graece vulgata Tom. I —V. Paris. 1696. fol.

Anecdota graeca, quae ex MSS. codd. nunc primum eruit, latio donat, notis et disquisitionibus auget *Ludouicus Antonius Muratorius*, Patau. 1709. 4.

Collectanea monumentorum veterum ecclesiae graecae ac latinae, quae hactenus in bibliotheca Vaticana delituerunt, Tom. I. — *Laurentius Alexander Zacagninus* e scriptis codd. nunc primum edidit, graeca latina fecit, notis illustrauit, Romae 1698. 4. v. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdig. Büchern, vol. II. pag. 443 sqq.

SS. Patrum Apostolicorum, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii Opera genuina, vna cum Ignatii et Polycarpi Martyriis, versionibus antiquis et recentioribus, variantibus lectionibus, selectisque variorum notis illustrata. Accesserunt S. Ignatii Epistolae tum interpolatae, tum supposititiae, cura *Richardi Rusel.* Londini 1746. 8. II. Voll. conf. Acta Erudit. a. 1749. m. Oct. pag. 604 sqq.

Gallan-

Gallandi Bibliotheca veterum Patrum, Venetiis 1765. etc. fol. XIII. voll.*)

Spicilegium ad *Gallandi* opus siue volum. XIV. est sequens huius sententiae:

Veterum patrum ecclesiasticorumque scriptorum analecta noua, h. e. Origenis Dionysii Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, Helenae et Constantini, Paphnutii, Nectarii CPolitani, Io. Chrysostomi, Seueriani Gabalitani, Cyrilli Alexandrini et Maximi Monachi: nunc fere primum gr. et lat. prodeuntia. Acced. Cosmae Indicopleustae, Aegyptii monachi topographia christiana. Venetiis, 1781. fol.

Huc quoque pertinent *Menaea*, de quibus vide *Allatium* de libris ecclesiasticis Graecorum in *Fabricii* B. Gr. vol. V. pag. 57 sqq. atque Fabric. ipsum, et *Baumgarten* in Nachrichten von merkwürd. Büchern. tom. VII. pag. 519 sqq. vbi sequens opus vberius recensetur: Βιβλίον τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, περιέχων τὴν πρέπουσαν αὐτῷ ἅπασαν ἀκολουθίαν, (et sic reliquorum mensium) Venetiis apud Andr. Iulianum 1673. fol. XII. part.

Ab eodem *Baumgartenio* ibid. pag. 526 sqq. indicatur:

Menologium Graecorum, iussu Basilii Imperatoris graece olim editum. — in tres partes diuisum nunc primum gr. et lat. prodit studio et opera *Annibalis* — Presbyteri Cardinalis *Albani* etc. III. partt. Vrbini, 1727. mai. fol.

Wolfii

*) Quae in singulis tomis reperiuntur opera, eorum indicem in peculiari schedula dedit *Anton. Zatta*, librarius Venetus, Venetiis 1788. I. plagula 8.

Wolfii-Anecdota et *Lami* Delicias nouasque *Fontani* Delicias iam fupra in tomo I. pag. 107. Proleg. memoraui.

Ioannis Xiphilini et *Bafilii M.* aliquot orationes, ex variis codd. edidit et animaduerfiones adiecit *Chriftian. Frider. Matthaei*, Gymnafiorum Vniuerfitatis Mosquenfis rector, Moscou. 1775. 4. Sunt homiliae.

Gregorii Theffalonicenfis X. orationes, cum fingulis *Chryfoftomi* et *Amphilochii* Iconenfis. Acceffit quoque fragmentum *Io. Damafceni*, ex quinque codd. MSStis primum edidit *C. F. Matthaei*, Mofcou. 1776. mai. 8.

Sanctorum patrum opera polemica de veritate religionis chriftianae contra gentiles et Iudaeos. — Opera patrum graecorum, graece et latine; Würzburg. 1776. 1777. etc. plur. voll. Infunt Iuftinus Martyr, Tatianus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Hermas, Origenes etc.

Fragmenta patrum graecorum edidit et illuftravit M. *Frider. Münter.* fafcic. I. Hauniae 1788. mai. 8. Eft fupplementum fpicilegii Grabiani, docte illuftratum.

De *Burgii* Chreftomathia patriftica, vid. tom. I. prolegom. pag. 169 fqq.

Io. Laurent. Ifenbiehl. S.S. et LL. OO. in academia Moguntina P. P. Chreftomathia patriftica graeca, ex optimis editt. delecta, in vfum fcholar. Mogunt etc. Mogunt 1774. 8. laudatur. Ex graecis fcriptoribus chriftianis feptem priorum feculorum a Clemente Romano vsque ad Ioan. Damafcenum, 168. modo longiores excerpfit particulas, modo breuiores.

Ad

Ad intelligentiam patrum ecclesiasticorum multum faciunt *Io. Caspari Suiceri* thesaurus ecclesiasticus, e patribus graecis ordine alphabetico exhibens etc. Amstel. 1682. fol. II. Vol.

Bibliothek der Kirchenväter, in Uebersetzungen und Auszügen, aus ihren vornehmsten, besonders dogmatischen Schriften, sammt dem Original der Hauptstellen und nöthigen Anmerkungen etc. ausgefertiget von *Christian Fried. Roessler*, (nunc Prof. Tubingensi,) Lips. 1776. sq. IIII. Part. 8. auctor doct. libri huius vtilissimi criticas quoque observationes atque emendationes subiunxit, ingenii et eruditionis testes locupletes.

Apparatus ad bibliothecam maximam veterum Patrum — opera et studio *Nicolai de Nourry*. Paris. tom. I. 1703. tom. II. ibid. 1715. fol.

Thesaurus rei Patristicae, continens dissertatt. praestantiores ex rarissimo D. *Nicolai de Nourry* adparatu, *Gallandi* noua bibliotheca patrum aliisque celebrioribus eorum editionibus depromtas, et iuxta seriem Patrum et scriptorum ecclesiasticorum chronologicam dispositas, adornatus atque adiectis prooemiis, notis et reflexionibus ad historiam theologiae instructus a P. *Placido Sprenger*, monacho Benedictino et bibliothecario in Banz. tom. I. — III. Würzburgi 1784 - 1792. 4.

P. Gottfridi Lumper, monachi Benedictini, — historia theologico - critica de vita, scriptis atque doctrina sanctorum Patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum, ex virorum doctiss. litterariis monumentis collecta, pars I. continens Patres apostolicos. Augustae Vindelic. 1783. — Pars II. complectens Patres saeculi secundi fere dimidii atque

selecta

selecta quorumdam sanctorum martyrum acta. 1784 — Pars III. complectens Patres saeculi II, ad finem vergentis. 1784. 8.

P. Dominici Schram, Benedictini Banthensis, — analysis operum S. S. Pattrum et scriptorum ecclesiasticorum Augustae Vindel. tom. I-XII, Nondum absolutum est opus doctum quidem, at nimis diffusum: nam tomus XII qui prodiit 1789. continet supplementa ad Opera S. Ephraim Syri ac Basilii Caesareae Cappadociae archiepiscopi opera omnia. Nec alia placuerunt censoribus: v. Salisburg. A. L. Z. a. 1790. nr. X. pag. 152. sqq.

Die Philosophen der drey ersten Iahrhunderte: oder historische Schilderungen der heidnischen Philosophen, welche nach ihrer Bekehrung durch ihre Schriften Vertheidiger des Christenthums geworden sind. Ein Werk, vermöge dessen diese alten Ppilosophen leichtlich mit einen unserer Zeiten verglichen werden können. Aus dem Französischen des Herrn Abbts *Nannotte*. Augustae Vindel. 1790. 8.

Haud pauca memorabilia, quae ad studium pertinent patristicum, adfert nec raro Caueum atque Fabricium aliosque emendat *Kollar* in adnotatt. ad nouam editionem *Petri Lambecii* commentar. de bibl. Caesarea Vindobon. libr. IV. Vindob. 1778. fol.

§. 3.

Quidam patres, iique antiquissimi ecclesiarum doctores et apostolorum aequales, saeculo I. et II. ipsi *apostoli* aut *paters apostolici* dicti sunt, nimirum

rum *Barnabas*, *Clemens Romanus*, *Hermas*, *Ignatius*, *Polycarpus etc.* de quibus vide *Semleri* histor. eccleſiaſt. ſelecta capita, Halae 1767. 8. pg. 20. ſq. *Schmid.* in hiſtoria antiqua et vindicatione canonis, etc. pag. 724. ſq. etc. Eorum ſcripta collegit *Io. Baptiſta Cotelerius*, Paris. 1672. c, vt ſuperiore paragrapho iam memorauimus, *Clericus*, Amſtel. 1698. atque 1724. atque *Ruſel*, Londin. 1746. Add. M. *Sam. Florent. Rinini* diſſ. de Profeſſoribus veteris eccleſiae martyribus. Lipſiae 1739. 4. Profeſſores vero illi ſunt Chriſtiani, qui vel apud delatores, vel apud magiſtratus in nomen Chriſti deſaeuientes, fidem ſuam aut re aut factis vltro ac ſponte ea propter profeſſi ſunt, vt martyria et cruciatus in ſe ipſi prouocarent. Plura hiſtoriae et antiquitatis tam litterariae quam eccleſiaſticae capita ſtrictim pertractantur. At de ſingulis paucis agemus

1. *Barnabas*, qui Ioſes antea vocabatur, religione Iudaeus ex tribu Leui natus; Cyprius ortu, (Act. Apoſt. IV. 36.) legatos et diſciplinam Soteros noſtri diuini ſectatus. Illum fuiſſe primum epiſcopum Mediolani, poſt alios etiam *Ioſephus Anton. Saxius* in *Vindiciis de aduentu Mediolanum S. Barnabae Apoſtoli contra nonnullos recentioris aetatis ſcriptores*, Mediolani 1748. 4. defendere ſtuduit; at ſagaciores has et alias fabellas iam diu proſcripſerunt. Sub eius nomine circumfertur *epiſtola catholica*, quam Clemens Alexandrinus et Originis genuinam; e contrario Euſebius et Hieronymus, quos hodie ſequuntur Semlerus, Roeſslerus, plerique, ſuppoſititiam eſſe iudicarunt. A partibus autem Clementis Alexandrini ſtant cl. *Leſſ.* in

Wahrheit der chriſtlichen Religion etc. pag. 17. ſqq. Gryneus in interpretatione patrum apoſtolicorum, et Galland. — Eam e tenebris primum eruit, notisque et obſeruationibus illuſtrauit *Hugo Menardus* poſt cuius mortem editionem curauit *Lucas Dacery.* Paris. 1645. 4. — tum ope trium codicum cum notis *Iſaaci Voſſii*, cum eiusdem epiſtolis genuinis S. Ignatii, emendatiores prodierunt Amſtel. 1646. 4. — cum Hermae paſtore, additis ad calcem breuibus *Ed. Bernhardi* in Barnabae epiſtolam notis, curante *Io. Tellio* Oxon. 1685. 12. — cum epiſtola *Polycarpi,* cum vberrimis obſſ. et adnott. *Stephani le Monyne*, in eiusd. variis ſacris; tom. I. — gr. et lat cum notis variorum in *Io. Clerici* Patribus apoſtolicis: tom. I. — Huius et reliquorum patrum apoſtolicorum epiſtolas anglice fecit earumque auctoritatem atque integritatem vindicauit *W. Wacke*, Lodini 1693. 8. — in linguam vero theotiſcam transtulit *Io. Otto Glüſing*, in Briefen und Schriften der apoſtoliſchen Männer pag. 1 — 43. Hamburg 1723. 8.

Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. pag. 827. ſqq. ed. nouae et Vol. V. pag. 3. *Hamberger.* Z. N. Tom. II. pag. 129 ſqq. *Saxii* On. I. p. 234. ſq.

2. *Dionyſii Areopagitae*, (v. Act. Apoſt. XVII. 34.) primi, vt volunt, Athenienſium epiſcopi, libri, qui ſub eius nomine circumferuntur hodie, multo recentioris aeui ſunt. v. *Hamberger* Z. N. Vol. III. pag. 287. ſqq. *Sexii* Onomaſt. liter. I. pag. 243. ſq. et infra § 43. — *Storr* in disp. Notitiae hiſtor. epiſt. Paulli ad Corinth. Tubingae 1788. 4. pag. 17. priſcos, ait, auctores (eccleſiaſticos.) multarum rerum, (v. *Euſeb.* H. E. III, cap. 4.) de quibus

quibus nulla memoria exſtabat, meram e N. T. coniecturam feciſſe conſtat: itaque Dionyſium Corinth. qui Areopagitam in Act. XVII. 34. memoratum, Athenienſem continuo facit epiſcopum, vide *Euſeb.* ibid. et libr. IV 23.) de Petri itinere Corinthiaco nequaquam compertum habuiſſe, ſed coniecturam ex I Corinth. 1-12. temere captam adtuliſſe, ſuſpicari licet. Adde *Paulli* Anzeigen und Auszüge kleiner Schriften part. III. pag 291. ſqq. Thes. epiſtol. La Crozian. tom II. pag 216. — *Iac. Vſſeri* Hiſtoria dogmatica controuerſiae inter orthodoxos et pontificios de ſcripturis et ſacris vernaculis: Acceſſere eiusdem diſſ. duae *de Pſeudo-Dionyſii ſcriptis* et de epiſtola *ad Laodicenos.* Deſcripſit, digeſſit, et notis atque auctario locupletauit *Henr. Wharton* Londini 1609. 4. — Memorare iuuat disp. grandem de translatione corporis S. Dionyſii Areopagitae ſeu Pariſienſium apoſtoli e Gallia in Bauariam ad ciuitatem Ratisbonam, conſcriptam a *Io. Baptiſta*, ſacri rom. imper. Princ. et ord S Bened. abbate ad S. Emmeran. — Ratisbonae 1750. 4. — *Henr. Conr. Arend* vnpartheyiſche Lebensbeſchreibung des ehrwürdigen *Dionyſius Areopagita*, anfänglich Rathsherrn des hohen Gerichts Areopagus, und nachmaligen Biſchoff. zu Athen, nebſt ausführlicher Nachricht von deſſen Schriften v. derſelben mancherley Auflagen. Goslar 1725. 4. Dionyſium fuiſſe Lutetiae Paris epiſcopum, fabulam, et Hilduini vitam Dionyſii fictam eſſe §. 6. docet, quamquam, vt § 7. ſqq. oſtendit, plures fuerunt, qui veram eſſe hiſtoriam putarent. Tum ea, quae Dionyſio adtribuuntur, ſcripta eſſe ſuppoſititia, commonſtrat, eorumque recenſet editiones.

M 2 3. *Cle-*

3. *Clemens Romanus*, qui laudatur a Paullo ad Philipp. IIII. 3. incerta fide a. C. 100. martyrio adfectus esse dicitur *). Germana esse videtur prior epistola ad Corinthios circ. a. Ch. 69 scripta: posterior epistola, cuius fragmentum adhuc superest ad eosdem iam ab Eusebio atque Hieronymo in suspicionem fidei adducta est. v. *Less* Wahrheit der christlichen Religion, pag. m. 23. *Woidii* notitia cod. Alexandrini, ed. *Spohnii* pag. 91. sq. At vel prior est Semlero et Roeslero suspecta. Sub nomine *Clementis Romani* quae reliqua circumferuntur scripta, ea spuria sunt, nempe 1) Constitutionum apostolicarum libri octo, **) 2) Canones apostolorum LXXXV. 3) Recognitionum Clementis, libri X. 4) Homiliae XVIIII. siue Clementina; 5) Epitome gestorum Petri. 6) Epistolae quinque decretales, ab Isidoro Mercatore confictae. 7) Duae

*) Clemens num immediatus Petri successor fuerit, nec ne? num eodem iure et honoribus, quibus hodie pontifices rom. superbiunt, gauisus sit, nec ne? ipsi Pontificis romani adseclae solent dissentire. v. D. *Nelleri*, Icti Treuirensis, disp. de Clemente Romano, Treuir. 1772. 4. et disquisitio critica in Georgii Christph. Nelleri de tribus episcopis S. Petri etiamnum viuentis in romana cathedra successoribus, systema nouum, vti et primatum pontificium S. Clementis I. ab eodem V. Cl. in ius vocatum. Coloniae 1772. conf. ephemer. litter. Göttingens a. 1773. plag. 6.

**) *Whiston* defendit illarum auctoritatem in: *St. Clemt's* and *St. Irenae'us* Vindication of the Apostolical Constitutions from several Obiections made against them — etc. Londini 1715. 8. (v. Histoire crit. de la Republ. des Lettres; tom. X. pag. 369.) edit. II. ibid. 1716. 8. (v. *Baumgartenii* Nachricht von einer Hallischen Bibliothek tom. IV. pag. 354. sqq.

7) Duae epiſtolae ad virgines, ſyriace ſcriptae, quas *Io. Iac. Wetſtein* ex codice MSto N. T. Syriaci primum erutas, cum verſione latina oppoſita, edidit Lugd. B. 1752. fol. ſed fidem illarum atque antiquitatem deſtruxerunt *Nathanael Lardner* in Diſſertation vpon the two Epiſtles aſcribed to Clement of Rome, lately publiſchet by Mr. Wetſtein, Londin. 1753. 8. et *Venema* in Triga epiſtolarum Harlingae 1754. 8. cui quidem reſpondit *Wetſtein* Amſtel. eod. anno.*) De Clemente rom. et editionibus conſule *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. et Vol. V. pag. 31. ſq. atque *Hamberg.* Z. N. Vol II. pag. 186. eiusdemque kurze Nachrichten etc. pag. 393. ſqq. Hic memoro tantum *Clementis* opera etc. in *Clerici* PP. Apoſtol. Tom. I. pag. 127. ſqq. — ad Corinthios epiſtol. II. cum notis Iunii, Cotelerii et Io. Boiſii etc. cura *Henrici Wotton.* Cantabrig. 1718. 8. (v. Acta erud. Lips. a. 1719. m. Mart. pag. 104. ſqq.) — Epiſtol. II. gr. et lat. cum ſelectis variorum notis etc. in *Rich. Ruſſel.* patrib. apoſtol. Vol. I. — I. S. Clementis epiſcopi Romani ad Corinthios, vna cum disquiſitione criticopolemica in eandem, quam publica luce donauit *P. Conr. Eberth.* O. S. B. Prof. theol. D. Fuldae 1780. 8. Eberthus, qui verſionem Cotelerii a Conſtantio emendatam typis repetendam curauit,

M 3 inter

*) De his controverſiis librisque Wetſtenii ac Lardneri plura leges in Relationum de libris novis, vol. II. a. 1753. Göttingae, pag. 278 - 288. et faſc. XII. a. 1754. pag. 308. ſqq. de Venema epiſtola; et in *Io. Gottlieb Freudenbergeri* epiſtola, quae exhibet Hiſtoriam recentioris controuerſiae de Clementis Romani epiſtolis, Lipſiae 1755. 4.

inter alia suspicatur, epistolam esse scriptam finita Domitiani persequutione. — Epistolas sanctorum patrum apostolicorum *Clementis*, Ignatii, Polycarpi, atque duorum posteriorum martyria, gr. et lat. cum variorum adnott. et praefat *Io Ludou. Frey*, Basileae 1742. 8. Addo *Erhard. Andr. Frommanni* II. proluss. Obseruationes ad interpretationem N. T. ex Clemente Romano, Coburgi 1768 cel. *Saxii* Onom Lit. I. pag 257. et *I. Wilh. Feuerlin* diss philosophemata potiora recognitionum Clementi Romano falso attributarum, Altdorfii 1728. 4. — Eiusdem *Feuerlini* obseruatio critica ad locum vexatum epistolae Clementis de Danuidibus et Dirce Gottingae 1749. — *Ern. Sal. Cypriani* diss. de Clementis Romani, Ignatii Polycarpi et Iustini Martyris doctrina euangelica. Coburgi. 1701. 4. — *Saxii* On. I. p. 257.

Clemens autem Romanus diuersus est a *Flavio Clemente*, Martyre sub Domitiano, vt *Franc. Anton. Zaccaria* in diss. latinis de rebus ad historiam atque antiquitates ecclesiae pertinentibus, Fulgini 1781. vol. I. nr. 2 docuit. Ille tamen, quando contendit, Clementem Rom. subiisse martyris mortem, id paucioribus persuadebit. — *De Vitry* diss. de epitaphio Clementis Martyris laudatam vidi in *Villoisonii* anecdotis gr. tom II. pag. 158.

4. *Hermas*. Eius aetas et liber, *Pastor* *) inscriptus a cel. *Lessio* in Wahrheit der christlichen Religion pag. 36. sqq. argumentis haud inidoneis saeculo primo vindicantur. *Moshem* contra in Comment.

*) Quem ab Herma scriptum esse, etiam *Lumper* in libro supra mem. adfirmat.

ment. de RR Christ. ante Constantin. M. pag. 162. et *Hamberger.* in Z. N. Tom. II. pag. 321. sq. eum vixisse putarunt circiter a. C. 150. et fuisse episcopi romani, Pii, fratrem: quod equidem cum cl. *Saxio* in Onom. I. p. 258. nondum praestare ausim. Liber eius graecescriptus, (quem tamen Semlerus Hermae suppositum esse arbitrans, mire contemnit,) cuius versio latina integra adhuc exstat, graeci autem sermonis tantum fragmenta quaedam, tribus constat partibus — Fragmenta, edita sub nomine S. Athanasii Alexandrini, graece et lat. in I. *A. Fabricii* B. Gr. Vol V. pag 9. sqq. Sunt quoque in Cotelerii, Clerici et Russel edd. patrum Apostol.

5. *Ignatius*, alias quoque *Theophorus*, et *Nuranus*, *) syriaca dialecto, a. C. 116 circiter, iussu Traiani in amphitheatro leonibus obiectus martyrium passus est. **) v. *Saxium* I. pag. 290. et *Fabricii* B. Gr. vol. V. p. 39. sqq. qui iam laudant *Pagium* in Crit Baron. ad A. C. 107. n. 3 — 7. et a. C. 108. n. 3. Ignatii aliquot supersunt epi-

 stolae

*) *Nuraniensem* eum adpellat *Abulpharagius* Dynast. VII. pag. 119. Quare *Wilh. Ern. Tenzelius* Exercitt. III. part. I. pag 47. putat, Ignatium, Antiochenum episcopum, Nurae lucem adspexisse: nec plane dissentit *Io. Ern. Grabius* tom II. spicileg. patrum. *Wesseling* ad Antonini itinerar. pag. 84 sq. „nihil, ait, dissentirem, si vel vnus esset, qui praeter Arabem Noram Ignatio patrium solum fuisse doceret. Non diffitebor, venisse saepe in mentem, *Alnurani* scriptoris Arabis tantumdem esse, atque *Ignatium*, Seu vocis eius interpretamentum. Viderint peritiores."

**) Quod tamen negat *Sam. Basnage* in Annal. polit. eccles. tom. II. pag. 17. etc.

ſtolae, quas Polycarpus collegit: aliae iudicantur germanae, et hae ſunt *ſeptem*, aliae habentur ſpuriae. Alia deinde ſuper illis queſtio orta eſt, quum duplex germanarum epiſtolarum ſit recenſio, num longiores, an breuiores fidem atque auctoritatem mereantur. Pro breuioribus hodie ſtant plurimi: longiores contra adſerunt Ignatio *Morinus* et *Whiſton*: *) At vtraque recenſio videtur non-

*) *Morinus* quidem de ſacris eccleſiae ordinationibus, part. III. exercit. 3. cap 3. pag. 36. *Whiſton* vero in Primitive Chriſtianity reviv'd: in four volumes. vol. I. containing the Epiſtles of Ignatius both larger and ſmaller, in Greek and Engliſh. etc. Londini 1711. 8. V. voll. Acta tamen Martyrii Ignatiani cenſet eſſe ſpuria. Septem autem longiores, ab Euſebio memoratas, (breuiores enim eſſe epitomen longiorum, ab orthodoxo quodam homine factam et Arrianis oppoſitam iudicat,) et praeter ea epiſtolas ad Tarſenſes, Antiochenſes et Heronem cur genuinas habuerit, rationes leges quoque in *Baumgartenii* Nachrichten von einer halliſchen Bibl. tom. IV. pag. 237. 240 ſqq. — E contrario cunctas Ignatii epiſtolas eſſe foetus ſubdititios, iudicauit *Heumannus* in Actis erudit. a. 1710. pag. 196. ſq. et vberius declarauit mentem ſuam, multosque alios V. D. a ſua ſtantes ſententia adpellat in Conſpectu reipubl. litterariae cap. VII. §. 44. et 45. *Pearſon* quidem ſcripſit Vindicias epiſtolarum S. Ignatii, Cantabr. 1672. quae repetitae ſunt a *Clerico* in collectione Operum. SS. Patrum, etc. Lis quoque de illis Ignatianis orta eſt inter Semlerum et Walchium theol. Goetting. adde *Gottl. Stollii* Nachricht von den Leben, Schriften und Lehren der Kirchen Väter etc. Ienae 1733. pag. 34 ſqq. Nuper demum *M. I. Ern. Chriſtian Schmidt* vtramque collectionem epiſtolarum eſſe iam diu interpolatam a catholicis

nonnullis dubia esse aut omnino conficta. (v. *Roesler* Part. I. pag. 68. sqq.) Ex editionibus, quas *Fabricius* l. m. et *Hamperger* Z. N. II. pag. 209. sqq. atque *Theophil. Sincerus* (h. e. Schwindel,) in Notitia historico — critica librorum veterum rariorum, Francof. et Lipsiae 1753.4. pag. 170 sqq. recensent, memoro seqentes: Gloriosi Christi martyris *Ignatii*, Antiocheni antistitis epistolae vndecim. — *Polycarpi* epistola, cum argumento Iac. *Fabr. Stapulen.* in easdem Basil. ap. Adam Petr. 1520. 4. — *Ignatii* — Opuscula, quae quidem exstant: omnia graece; cura et opera *Valenti Pacei* Dilingae, 1577. 4. — epistolae, gr. cum versione lat. et notis *Guil. Morelii* Paris. ap. G. Morel. 1558. 8. — *S. Martyris Ignatii* — epistolae (XII.) Antwerp. ex offic. Christoph. Plantini 1566. 8. addita est versio latina, at separatim posita et inscripta: D. *Ignatii*, Archiepiscopi Antiochiae et martyris epp. prorsus apostolicae: *Hieron. Vairlenio Sylvio* interprete, cum breuiss. in easdem scholiis, ibid. eod. anno. Haec quoque editio habet in epistola sexta, ad Philadelphenses locum illum criticum de coniugio Petri et Paulli *) Eadem editio et graeca et latina ex eadem officina ita, vt in paginarum tantum serie differret iterum prodiit 1572. 8. — *S. Ignatii* — quae exstant omnia in duos libros

 distincta

catholicis aut ab haereticis passim mutatam, nec ab Ignatio ipso scriptam, docuit in D. Hercke Magazin für Religionsphilosophie etc, tom. III. part. I. pag. gr. sqq. Sed secus sentit *Crellius* in Thesauro epistol. Lacroziano 1. pag. 113. —

*) Idem locus de coniugio est in codice membran. bibl. Noriberg. latino, de quo copiose disputat *Theoph. Sincerus* l. c. pag 172. sq

diſtincta: quorum prior continet epiſtolas genuinas; alter ſuppoſititias, cum XII exercitationibus in eundem Ignatium pro antiquitate catholica aduerſus Baronium et Bellarminum Auctore *Nicolao Vedelio*, Prof. in acad. Geneu. —— acc. verſio lat. ab eodem emendata, cum eiusdem apologia pro *Ignatio* et appendice notarum criticarum, ac indice quatruplici. Geneuae, apud viduam et her. Petri de la Roviere. 1623. m. 4. —— Genuinas eſſe VII. epiſtolas Vedel. cenſet: ad Trallenſes, Magneſios, Philadelphenſes, Smyrnenſes, Polycarpum, Epheſios et Romanos. Reliquas eſſe ſpurias iudicat. In adpendice corruptum textum pluribus locis correxit, et, quae transpoſita eſſent, reſtituit, —— *Polycarpi* et *Ignatii* epiſtolae, gr. et lat. cum diſſ. de eorum ſcriptis, deque apoſtolicis canonibus et conſtitutionibus Clementi tributis Oxon. 1644. 4. —— Acceſſit: Appendix *Ignatiana*, in qua continentur 1) *Ignatii* epiſtolae genuinae, ex gr. Medicaeo exemplari expreſſae et noua verſione lat. explicatae. 2) *Ignatii* martyrium —— nunc primum in lucem editum. 3) Tiberiani, Plinii Sec. et Traiani imp. epiſtolae de conſtantia martyrum illius temporis. 4) Smyrnenſis eccleſiae ep. de Polycarpi martyrio cum antiqua latina eiusdem metaphraſi, nunc primum edita. 5) *Iac. Vſſerii* annotatt. in *Ignatii* et *Polycarpi* acta atque in epiſtolas etiam Ignatio perperam adſcriptas, ex edit. eiusdem *Iac. Vſſerii*. Londini 1647. 4. — Epiſtolae genuinae *S. Ignatii* Martyris, quae nunc primum lucem vident ex bibl. Florentina. Adduntur *S. Ignatii* epiſtolae, quales vulgo circumferuntur. Ad haec *S. Barnabae* epiſtola. Acceſſit vniuerſis translatio

translatio vetus. Edidit et notas addidit *Isaacus Vossius.* Amstelod. 1646. 4. — iterum Londini 1680. —— Quod Vossius cod. Florent. lectiones non plane integras verasque reddiderat: Anton. Maria Saluini eum iterum contulit, et apographum accuratius scriptum misit ad *C. Aldrichium,* cuius cura prodierunt *Ign.* epistolae septem genuinae; quas nimirum collegit *S. Polycarpus* suae ad Philippenses epistolae subiecit. Oxonii, e theatro Sheldon. 1708. 8. versio Vsserii latina, at emendatior addida, et *epistola ad Romanos,* (in qua suam moriendi cupiditatem declarat Romanis, hosque rogat, ne suum impedirent et prorogarent martyrium.) ex *Ruinarti* actis martyrum repetita; centum autem huius editionis exemplaria sunt tantum formulis descripta typographicis, conf. Acta erudit. Lips. a. 1713. mens. Sept. pag. 399. sqq. —— *Ign.* epistolae genuinae, iuxta exemplar medicaeum denuo recensitae, vna cum veteri latina versione. annotatt. D. *Io. Pearsonii* et *Thomae Smithi* illustratae. Acc acta martyrii *S. Ignatii,* ep. *Polycarpi* ad Philippenses, et Smyrnensis ecclesiae epistola de *S. Polycarpi* martyrio, cum veteribus versionibus et annotatt. *Thomae Smithi.* Oxon. 1709. 4. conf. acta erud. Lips a 1710. p. 196. sqq. —— Epistola ad Romanos et fragmenta cum praef. de Ignatio et eius scriptis. in *Io. Ern. Grabii* spicilegio SS Patrum saec. II. Oxon. 1700. 8. pag. 1. sqq. —— *Io. Lud. Frey* Sanctorum patrum apostolicorum epistolis adiunxit VII. genuinas *S Ignatii* epp. eiusdemque Martyrii acta, cum Pearsonii et Smithi scholiis, Basileae 1742. 8. —— Germanice versae sunt epp. a *M. Mollero,*

Goer-

Goerlitz 1592. 8. rec. Hamburg. 1656. —— germ. Luneb. 1693. 12. a *Godofr. Arnoldo* in Sendschreiben der Alten, Francof. et Lipsiae 1700. 8. p. 28. sqq. —— a *Io. Ottone Glusingio*, in eius Briefen und Schriften der apostolischen Männer, Hamburg. 1723. 8. p. 305. sqq. —— In Cotelerii, Clerici, Russelii, et Ittigii collectionibus etc. quoque reperiuntur.

Adde *Io. Dallaeum* de scriptis, quae sub *Dionysii Areopagitae* et *Ignatii* nomine circumferuntur. Geneuae 1666. 4. — M. *Christph. Beyeri* diss. 2. de Ignatio veritatis confessore et martyre. Lipsiae 1722. 4. in quarum praecipue posteriore recenset codd. msstos atque editt. iudiciaque VV. DD. et, quae epistolae genuinae sint, quae spuriae, inquirit. — *Riuetus* in Critico sacro. lib. II. cap. I. pag. 163. — *Henr. Hammondus* in dissertatt. de episcopatus iuribus, diss. II. de Ignatio. —— Progr. Göttingense de mysterio silentii et clamoris ad locum Ignatii in epistola ad Ephesios cum oraculis apostolicis collatum, 1738. 4. —— *Erh. Andr. Frommanni* prolusio de aqua loquente ad Ignatii epist. ad Rom. Coburgi, 1758. 4. — *Erd. Rud. Fischer* de Θεοδρόμοις Ignatii. — *Dan. Heinr. Hering's* neue Abhandlungen über eine merkwürdige Stelle in einem Briefe des H. Ignatius an die Philadelpher (cap. VIII. etc. Breslau. 1783. 8. *Less* Wahrheit der christlichen Religion pag. 42. sqq. et de Ignatio reliquisque martyribus, *Samuel. Florent. Riuini* diss. supra ad §. 3. citat.

6. *Papias*, Ioannis, Presbyteri, non apostoli, discipulus, Hieropolitanus in Phrygia episcopus; martyr. Fragmenta quaedam librorum V. λογίων etc.

etc. siue explanationum sermonum Domini collegerunt *Halloixius* in Papiae vita Tom. I. scriptorum Orientalium, et *Grabius* in spicilegio patrum, Tom. II. pag. 30. sqq. — *Papiae* fragmentum super morte Iudae Ischar. e duabus catenis in bibl. Vatic. et Veneta primus edere sibi visus est cl. *Münter* in fragm. Patrum etc. I. part. I. sed id pertinet ad Theophylactum, in cuius commentario in Acta apostol. cap. I. exstat; item in *Grabii* spicilegio etc. sect. II. pag. 231. vide Götting. ephem. litter. a. 1788. plag. 124. —— conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 185. sqq. *Saxii* On. II. pag. 292.

7. *Polycarpus*, Episcopus Smyrnensis, a. S. Ioanne Apostolo constitutus, martyrium passus est: id vero quo anno acciderit, critici mire dissentiunt. *Fabricius* in B. Gr. Vol. V. pag. 42. cum Pearsonio et Dodwello a. C. 147. *Saxe* V. C. in Onom. lit. I. pag. 318. cum Henr. Valesio ad Eusebii IIII. H. E. 15. annum C. 165. historiae conuenientiorem esse putat: *Groddeck* denique, de anno et die passionis S. Polycarpi, Gedani 1704. 4. Polycarpum ignis supplicium, adfirmat, a. C. 169. demum tulisse. Superest *epistola*, quae num genuina, an spuria, an interpolata sit, disputant viri docti: v. *Roesler* Part. I. pag. 93. sq. Eius quidem auctoritatem vindicat *Lessius* libr. mem. pag. 47. sqq. Illam graece primus vulgauit *Petrus Halloix*, Tom. I. de vitis scriptorum Orientalium pag. 525. Deinde cum Ignatii epistolis saepius prodiit.

Adde *Hamberger*. Z. N. II. p. 318. sqq. *Chronicon Paschale* ed. du Fresne pag. 257. sq. vbi a. 133.

133. post resurrectionem Christi Polycarpus viuus exustus esse dicitur. — infra §. 18. de Eusebio — *Tenzelius* in Exercitatt. selectis etc. Lipsiae et Francof. 1692. 4. exercit. IV. pag. 73 sq. primum ex Io. Bollandi Actis sanctorum, tom II. Ian. recudi fecit Polycarpi vitam, (fabularum plenam,) auctore Pionio: tum vitam et controuersiam, quo anno et die Polycarpus martyrio coronatus fuerit, late docteque persequitur.

De *Pantaeno*, viro apostolico, eius aetate et patria, etc. multa collegit *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. II. pag. 216 — 218. eumque Siculum, et, antequam ad Christianorum castra transiisset, e stoica secta fuisse philosophum contendit.

Idem *Mongitor* ibid. pag. 126. de *Peregrino*, Syracusano, (ex coniectura P. Octauii Caetani tom. I. script. Siculor. pag 21,) a. C. 40. d. III. Nou. concremato, pluribus agit, notatque, eum confundi cum *Peregrino*, episcopo Tricolitano, a. Ch. 90. d. XXX. Ian. interfecto.

§. 4.

Hos exceperunt reliqui, qui iure iniuriaue, dicuntur ecclesiastici, interdum Sancti. De scriptoribus saeculi secundi deperditis *Melitone*, *) *Quadrato*, *Aristide*, scriptoribus apologeticis, *Hegesippo* **) *Claudio Apollinari*, *Polycrate*, *Athenogene*, aliis-

*) Vide Saxii Onom. I. p. 319. sq.

**) Conf. libellus huius sententiae: De quodam *Hegesippi* fragmento et de nonnullis S. S. patrum locis mendose hactenus editis ac nunc primum emendatis, opuscula duo postuma, auctore *Francisco Florio*. in Metro-

aliisque vide *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 184. sqq.

§. 5.
IVSTINVS MARTYR.

1. Samaritanus Neapoli, Syriae Palaestinae, olim Sichem, hodie Naplouse, oriundus. Quando natus, tum ad religionem christianam ab erroribus et superstitionibus vanissimis auocatus, et denique capitis damnatus sit, haud omnino liquet. *Hamberger.* in Z. N. Vol. II. pag. 374 sqq. eos sequitur, qui adfirment, Iustinum natum esse, a. C. 89. martyrium vero subiisse a. C. 163. Duce chronico Paschali, *Du Pin* in Nouvelle Bibliotheque des Auteurs ecclesiastiques Tom. I. p. 57. a. Ch. 166. fatalem Iustini annum designat. Secundum *Saxi-*

Metropolitana Vtinensium ecclesia praeposito et Vicario generali. Bononiae 1793. 4. Hegesippi fragmentum exstat apud *Eusebium* libr. II. hist. eccles. cap. 23. in quo adfirmauit is, omnes Iudaeorum sectas non credidisse resurrectionem: quod falsum esse, *Henr. Valesius* ad locum Eusebii adnotauit. Florius igitur late persequitur septem Iudaeorum sectas, et inquirit, num Hegesippus adfirmauerit, illas omnes ab auita sententia recessisse. Denique probat *Rufini* iudicium atque expositionem, *illas haereses non credidisse, neque surrexisse Iesum Christum, neque venturum, vt retribuat vnicuique secundum opera sua.* In altera parte multorum scriptorum ecclesiasticorum loca, e. g. epistolae encyclicae de martyrio Andreae apostoli, Clementis Romani, Io. Chrysostomi, Origenis, Epiphanii, Leonis M. Cyrilli Hierosolymitani, Barnabae, Hermae, et aliorum tam Graecorum quam Latinorum explicantur, emendantur, aut vindicantur.

Saxium V. C. in Onom. I. p. 304. a. C. 165. interiit, et a. C. 139. Antonino Pio Aug. primam Apologiam, quae in vulgaribus editionibus secundo loco ponitur, *) obtulisse videtur.

2. Ad genuina eius scripta pertinent 1) cohortationes ad Graecos; 2) Oratio ad graecos; 3. 4) Apologia I. II. 5) de monarchia dei. 6) Dialogus cum Tryphone, quem tamen *Christian. Gottlieb Koch* in singulari libello Kilon. 1700. 8. abnegauit, suamque sententiam deinde ab oppositionibus aliorum vindicauit: v. *Fabric.* B. Gr. Vol. V. pag. 57. et *Stolle* von den Leben etc. der Kirchenväter, pag. 52. sqq. vbi lis inter Kochium et alios secus sentientes, agitata, et scripta vtriusque partis vberius exponuntur: adde Parerga Gottingensia, tom. I. pag. 80. — 7) Epistola ad Diognetum, cuius tamen auctorem Iustino antiquiorem fuisse, opinatur Tillemontius. — *Expositio fidei*, quae inter Iustini Martyris Opp. edita est, a La Croze in Museo Bremensi tribuitur *Nestorio*: contra a *Paullo Ern. Iablonskio* in diss. de origine et fundamento Nestorianismi pag. 18 et 19, atque pluribus argumentis prolatis, in epistola ad La Croze, in Thesauro epistol. Lacroziano tom. I. pag. 194 — 201. vindicatur *Theodoro Mopsuesteno*. Dubia aut spuria scripta recensent Hamberger, Fabricius, aliique.

3. Opera graece, ex officina Rob. Stephani, Lutetiae 1551. fol. — Opera cum Athenagora, Theophilo Antiocheno, Tatiano Assyrio, Hermia philosopho, gr. et lat. Paris. 1636. fol. — recusa Colo-

*) Conf. *Tob. Godofr. Hegelmaieri* diss. in edictum imperatoris Antonini Pii pro Christianis etc. Tubingae 1777. ab init.

Coloniae fiue Witteb. cum *Kortholti* Comment. 1686. fol. — Iuftini Martyri Opera omnia cum Tatiano, Athenagora, Theophilo, Hermia, item in appendice fuppofita Iuftino opera cum acti illius martyrii et excerptis operum deperditorum eiusdem Iuftini et Tatiani et Theophili. cum MSStis codd collata, nouis interpretationibus, notis, praefat. et indicibus. Opera et ftudio vnius ex Monachis Congregationis S. Mauri, (*Prudentii Marani*,) Hagae Comitum 1742. fol.

Epiftola ad Diognetum et oratio ad Graecos, nunc primum luce et latinitate donatae ab *Henr. Stephano.* etc. Exc. H. Stephanus. 1592. 4 — Fragmenta Iuftini de refurrectione mortuorum feruauit Damafcenus in Parallelis, edidit *Halloix* in vitis illuftrium orientalis ecclefiae fcriptorum, tom. II. item *Grabius* in fpicilegio patrum T fecundo, Monachi Benedict in editione Opp Iuftini, denique *Guil. Abrah. Teller* in progr. Helmftad. 1766. cum verfione lat. et notis criticis.

Apologia prima cum lat verfione Io. Langii notisque variorum, edita a *Io. Ernefto Grabe*, Oxoniae 1700. 8.

— Apologia fecunda, gr. et lat. cum notis variorum, edita ab *H. Hutchin* Oxoniae 1703. 8. — Apologiae duae et dialogus cum Tryphone Iudaeo gr. et lat. cum notis et emendationibus *Styani Thirlbii*, Londini 1722. fol. — Apologiae, e recenfione Grabiana: var. lectt. et coniecturas V. V. DD. et fuas addidit *Chriftian. Guil. Thalemannus*, graece, Lipfiae 1755 8. — cum Tryphone iudaeo dialogus, gr. et lat. cum notis vari-

orum, edit. a *Samuele Jebb.* Londini 1719. 8. v. Acta erudit. Lips. a. 1720. m. Ianuar. pag. 5. sq.

Num euangelium Iustini Martyris sit euangelium secundum Hebraeos, disputatur. *Stroth* in Repertor. für biblische und morgenländische Litteratur, vol. I. contendit, Iustinum solummodo vsum esse euangelio apud Nazaraeos et Ebionitas sollemni secundum Hebraeos. Negat id M. *E. G. Paulus* in exegetisch-kritischen Abhandlungen, Tubingae 1784. 8. in commentatione I. quinque vsus argumentis: in commentatione II. Matthaeus XI. 11 — 14, 1. Thess. IV. 3, 4, 5. 1. Thess. II. 14 — 16. ex Iustino illustrantur.

Iustini Martyris caussam coram iudice, in Ruinart actis martyrum, exposuit atque illustrauit D. *Dalrymple de Hailes* in Remains of Christian Antiquity, with explanatory notes. Edinburgi 1778. 8.

4. Add. disp. *Gundlingii* de naeuis Iustini Martyris, praesertim in ratiocinando ab eo commissis in Obss. Halens. Tom. II. Obs. VII. pag. 89. et de Iustini Martyris Apologia II. ibid. Obs. IX. pag. 170. — *Caroli Christ. Gerkenii* diss. de Iustini Martyris ad religionem Christianam conuersione admodum memorabili, Lips. 1753. 4. qui p. 18. nonsolum Iustinum a calumniis Gundlingii defendit; sed plures quoque laudat, qui de illius doctrina differuerunt. — *Io. Andr. Schmidt* progr. de Iustini Martyris theologia morali. Helmstadii, 1698. 4. — *Frid. Cotta* diss. de Memorabilibus Iustini Martyris historicis atque dogmaticis, Tubingae 1766. cel. *Georgii Frid. Seileri* Christologia Iustini Martyris, Erlangae 1775. 4. ——

Fran-

Francisci Oberthür disp. exponens S. Iustini, philosophi et martyris, de praecipuis religionis dogmatis sententiam, Wurzburgi 1777. 8. —— Eiusdem disp. exponens quorumdam ex patribus graecis apologetarum Iustini, Tatiani, Athenagorae, Theophili Antiocheni et Hermiae de praecipuis religionis christianae dogmatis sententiam, respond Franc. Leibes. ibid. 1778. 8. — *Halloix* vita et documenta Iustini etc. Duaci 1622. 8. — rep. in libro de illustr. ecclesiae orientalis scriptoribus, ibidem tom. II. 1636. fol. — rec. cum commentario praeuio et notis *Dan. Papebrochii*, in Actis SS. Antwerp. April. tom. II. pag. 104. sqq. vbi Papebr. duos Iustinos exstitisse, sibi, non aliis, persuasit, et Acta apud Baronium Suriumque de alio, ac nostro, intellexit Iustino. —— An Explication of a famous passage in the Dialogue of S. Iustin. Martyr with Tryphon concerning the immortality of humane Souls, (auctore *Dodwello*,) Londini 1708. Contra illum disputat et Iustini loca clarius exponit *Chisgull* in: Some Testimonies of Iustin Martyr set in a true and clear Light. Londin. 1708. (conf. *de Windheim* Bemühungen der Weltweisen etc. tom. II. pag. 352. sq. vbi plura Dodwelli eiusque aduersariorum non minus quam defensorum scripta de animi immortalitate recensentur.) Dodwell vero putarat, Iustinum, Martyrem, Tatianum, Irenaeum, Athenagoram, Theophilum Antiochenum et Tertullianum aliosque statuisse, animum humanum per naturam suam esse mortalem, sed ex voluntate dei beneficio sacri lauacri et Spiritus S. eo coniuncti nunc fieri immortalem, et argumenta, quae

sibi videbantur, alia exposuit in: An epistolary discourse proving from the Scripture and first Fathers that de Soul is a principle naturally mortal; but immortalized actually by the Pleasure of God to Punishement, or to reward by its union with the divine Baptismal Spirit. Wherein is proved, that none have the Power of giving this divine immortalizing spirit since the Apostles, but only the Bishops. Londin. 1706. 8. vnde acris enata est controuersia v. *Windheim* l. c. p. 333 sqq. Act. erudit. Lips. 1707. pag. 207. etc. -- (*Iac. Bryant*) Observations on a controverted Passage in *Iustin Martyr* (apol. I. 6. pag. 47. ed. Bened de cultu angelorum,) and upon the worshep of Angels. Londini. 1793. 4. —— *C. A. Heumanni* symbola critica ad Iustinum Martyrem, in Miscell. Lipsiens. nou. vol III. part. II. pag. 222 — 235. — M. *Ioach. Iusti Rau*, Berolin. erudita disp. de philosophia sanctorum patrum Iustini Martyris et Athenagorae. Ienae 1733. 4. Maxima pars disp. versatur in examinanda atque interpretanda Iustini philosophia, et in iis enumerandis symbolis, quas ille ad historiam philosophiae contulerit. —— Le Philosophes des trois premiers siecles de l'Eglise, ou portraits historiques des Philosophes payens qui ayant embrassé le Christianisme en sont devénus les défenseurs par leurs écrits. Par M. l'Abbé *Nonnote*. Paris 1789. 12. Sunt vero S. Iustinus, Tatianus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Hermias, Origenes, Minucius Felix, Tertullianus, S. Cyprianus, Arnobius, Lactantius. Ostendit, quae emolumenta religio christiana acceperit eorum

rum transitu ad castra Christianorum, et singulorum describit characterem. —— Pro apologetis vett. Christianis, pro illorum aetate et temporum ratione diiudicandis, qui viam egregie muniuerunt, scripsit apologiam, nec tamen celauit illorum infirmitates *Io. Iac. Heß* in Bibliothek der heiligen Ceschichte etc. part. I. Tiguri 1791. 8. nr. 4. egitque de Iustino Martyre, Origene, Clemente Alexandrino vsque ad Eusebium Caesariensem — 1) Darstellung des ältesten Christenthums aus den Schriften des heil. Iustinus des Martyrers. 2) Erläuterungen und Betrachtungen über den vorhergehenden Artikel, h. e. de eius vita, professione doctrinae christianae, scriptis et defectibus etc. in: Beyträgen zur Beförderung des ältesten Christenthums und der neuesten Philosophie. Vlmae 1791, fasc. XII. nr. 2. et 3.

§. 6.

ATHENAGORAS.

1. Atheniensis, philosophus platonicus et theologus christianus. Quando πρεσβείαν περὶ χριστιανῶν M. Aurelio obtulerit, non conuenit Cl. *Saxe* in Onom. I. pag. 318. sq. cum nonnullis a. C. 166. id factum fuisse censet; *Hambergerus* vero in Z. N. II pag. 405 sqq sequitur *Mosbemium* in diss. ad histor. ecclesiastic. pertinentibus, Alton. 1733. 8. pag. 269. qui a 177. designat. quae Moshemii comment. antea erat publicata in Bibliothecae Bremensis classe II. fasc. I. Bremae 1718. pag. 853. sqq. Ille vero probat eorum sententiam, qui libellum Athenagorae praeter Marcum

imperatorem etiam Commodo, eius filio, inscriptum censeant: quod demonstrat 1) ex ipsa inscriptione, ad Lucium Aurelium Commodum directa; titulum adiectum Sarmatici non nisi ad Commodum pertinere, Armeniaci vero propter coniunctionem cum patre esse additum: 2) ex ipsius Athenagorae testimonio, patrem et filium diserte nominantis Refelluntur igitur Dodwell in defensione fidei Nicenae, sect. III. cap. 5. §. 4. pag. 205. Operum a Grabio editorum, *Suffridus Petrus* in nota ad Athenagoram pag. 4. in primis *Pagius* in Critica in Baron. ad a. CLXXVII. nr. VIII. pag. 75. a. Illam autem apologiam a. Chr. 177 scriptam fuisse ideo contendit, quia 1) non alio Commodi anno orbis esset pacatus; 2) Athenagoras prouocasset ad seruorum testimonium; 3) imperatores ita sit adloquutus, ac si Romae in palatio suo versati essent. Adde eumdem Moshem. in Thesauro epist. Lacroz. I. pag. 279.

2. Praeter illam apologiam scripsit quoque de resurrectione mortuorum. De fide autem vtriusque libri dubitant Semlerus et Roeslerus.

3. Liber *de resurrectione* a *Marsilio Ficino* et *Georgio Valla* latine primum versus est: et a Valla quidem integer, a Ficino autem magnam partem: sed eum primus ex vnico msto codice, *graece* vulgauit, suamque nouam versionem adiecit *Petrus Nanius*, Paris. 1541. 4. quae editio, aut versio tantum, postea est aliquoties repetita. — *Apologia* latine ex *Io. Langi* lat. interpretatione et cum eius commentario, inter Iustini Martyris Opp. Basil. 1565. fol. tom I. p. 217 et ex versione *Suffridi Petri* cum eius scholiis copiosis Coloniae 1576.

8.

8. — gr. et lat. cum *Conr. Gesneri* versione notisque. Tiguri 1557. 8. Basil. 1558. 8. — Vterque libellus emendatius editus est graece et lat. ab *Henr. Stephano* 1557. 8. ex antiquis exemplaribus Apologia primum profertur, de resurrectione etc. autem castigatior editur. Raris libris accensetur — *S. Patris Athenagorae*, philosophi Atheniensis opera. ad MSS. fidem recognita. Oxonii e theatro Scheldoniano. 1682. 12. gr. et lat. cum paucis breuibusque, at doctis editoris, (*Io. Felli*) notis et coniecturis, interdum lectiones codd. Bodl. sunt adspersae. — Apologia cum Suffridi Petri, et liber de resurrectione, cum Nannii versione, additis notis variorum et nouis *D. Adami Rechenbergii* animaduersionibus, Lipsiae. II. voll. 1684. 1685. 8. — Praeclara est editio: *S. Athenagorae* — legatio pro Christianis ad imperatores M. Aurelium Antoninum et L. Aurelium Commodum. Eiusdem de resurrectione mortuorum. Acc. latina versio, emendationes, variantes lectiones, annotationes atque indices necessarii. Cura et studio *Eduard. Dechair*, A. M. Oxoniae, e theatro Scheldon. 1706. 8. Dechair in praef. et edd. superiores enumerat paucis, et de suo consilio institutoque differit. Basis textus graeci est editio H. Stephani, collata cum edit. *Frontonis Ducaei*, (in Auctario bibl. Patrum, Paris. 1624. fol.) et V. L. codd. Bodleian. Eton. et Paris. Apologiae adiuncta est Gesneri; libro autem de resurrectione Nannii versio. Textui, ab editore in sectiones diuiso, substratae sunt variae lectiones et coniecturae; his vero animaduersiones Suffridi Langii, Gesneri, Kortholti et Rechenbergii breuiores, quibus suas

immiſcuit editor. Textum excipiunt longiores Suffridi Petri, tum Langi, poſtea Kortholti, denique Hechenbergii adnotatt. His adhaerent 1) excerpta ex *Baronii* Annalium tom. II. ad a. Chr. CLXXIX. quae legationis auctorem, et tempus, quo ſcripta illa eſt, reſpiciunt: 2) ex *Halloixii* illuſtr eccleſiae orientalis ſcriptorum vol. II. cap. 20. excerpta quaedam de legationis auctore eiusque inſcriptione; 3) ex *Henr. Dodwelli* diſſertatt. Cyprianicis excerpta, de tempore atque inſcriptione legationis Athenagorae ex diſſertatione XI. 4) praef. editor. Oxonienſis (Felli) 5) ex cap. 4. ſect. 2. et cap. 5. ſect. 3 defenſionis fidei Nicenae a *G. Bullo* conſcriptae excerpta quaedam a Prudentio Marano, cum Iuſtino, Hagae Comitum 1742. — Deprecationem, (vulgo legationem) pro Chriſtianis edidit et varietate lectionis perpetuoque commentario illuſtrauit *M Io. Gottlieb Lindner*, rector ſcholae Arnſtadiens. Longoſaliſſae 1774. 8. Deinceps ſupplementum dedit. —— Falſo tribuitur ei romanenſis quidam libellus, ex gallica tantum interpretatione, Paris. 1599. et 1612. 12. notus: conf. *Huetii* Traité de l'Origine des Romans, Paris, 1693. 12. pag. 68 ſqq.

4 Adde quoque *Andr. Polycarp. Leyſeri* diſſ. de Athenagora Athenienſi philoſopho Chriſtiano, Lipſiae 1736. qui in multis rebus discedit a ſententia aliorum. *Hambergeri* kurze Nachricht. Vol. I pag. 498. *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 85. ſq. Vol VI. pag. 800. ſqq. *Rau* diſſ. ad ſuperiorem §. laudatam — Obſſ. et emendationes in Athenagoram, in Hiſtoria critica R. L. tom. IX. coll.

Wolf

Wolf in Thefauro epift La Croz tom. II. pag. 89. — *Io. Georg. Michaelis* programma de fcholae catech Alexandr. origine Halae Magd. 1739. 4. et nouis acceffionibus amplificatum in Symbol. litterar. Bremens. fafc III. qui Athenagoram e catalogo doctorum fcholae Alexandr. exclufit. Sed diffentit, et Athenagoram primo doctorum illorum loco collocat *Io. Auguftin Dietelmair*, theologus quondam Altdorfinus, in progr. quo veterum in fchola Alexandrina doctorum feriem breuiter exponit. Altdorf. 1746. 4. ab initio — *Bayle* in Diction. vol. I. voc. *Athenagoras*, pag 369 fqq. qui, cum Athenagoras fufceperit legationem, valde dubitat, et de tempore, quando fit apologia oblata, multus eft. *Scultetus* in medulla theol. patrum, cap. I — V. qui vero Athenagorae male tribuit libr. Marci Antonini philofophi. v. *Stolle* l. c pag. 68 fqq. — *Io. Dan. van. Houen* disp. de vera aetate legationis Athenagorae pro Chriftianis; 1752. 4. — *Iani Diaconi Hortenfii de villa noua* (i. e. eiusdem *Houen*,) disquifitio de infcriptione et aetate libelli Athenagorae pro Chriftianis, diuis fratribus exhibiti, in Symbolarum litterarium ad incrementum fcientiarum omne genus, collect. II. Halae 1754. 8 nr. V. pag. 163 — 204. atque de hoc et reliquis fcriptoribus ecclefiafticis faec II. et III. *Lefs* Wahrheit der chriftlichen Religion pag. 54. fqq.

§. 7.

TATIANVS.

1. Syrus, rhetor et philofophus. Romam delatus, lecto codice facro, nomen dedit difciplinae

christianae et ab ore Iustini Martyris pependit. Roma dein relicta, in Mesopotamia circa a. C. 172. sectam ἐγκρατιτῶν condidit atque peruersis placitis doctrinam infamauit christianam.

2. Superest *oratio ad Graecos*: cuius prima editio est graece per *Io. Frisium*, cum interpretatione lat. et adnotation. *Conradi Gesneri*, cum Sententiarum s. capitum, theologicorum praecipue, ex sacris et profanis libris, tom. III. per *Antonium* et *Maximum* monachos olim collectis etc. per Conr. Gesnerum editis. Tiguri 1546. fol. pag. 276. — Meliores sunt editiones, quas *Wilhelmus Worth*, cum *Hermiae* irrisione gentilium philosophorum, et notis variorum, Oxoniae 1700. 8. atque *Prudentius Maranus* cum Iustino, Hagae Com. 1742. fol. curarunt. — Et *Harmonia euangelica*, quam Victor Capuanus saeculo VI. sub Tatiani nomine venditauit, et altera *harmonia*, quae sub nomine Ammonii Alexandrini lucem vidit, Tatiano nostro adseri nequeunt.

3. v. supra, §. 5. *Fabricii* B. Gr. vol. V. pag. 81. sqq. *Bruckeri* histor. crit. philos. Tom. III. pag. 378. sqq et Append. pag. 536. sqq. *Hambergeri* Z. N. vol. II. pag. 394. sqq. *Georg. Frid. Seileri* Christologia Tatiani, Athenagorae, Theophili Antiocheni, progr. Erlangae 1775. 4. *Saxii* On. I. pag. 320. — *Lud. du Four de Longerue* diss. de Tatiano, cum Tatiani orat. per Worth.

§. 8.

§. 8.

IRENAEVS.

1. Ortu Graecus, dein Polycarpi discipulus, et denique (circiter ab a. C. 178. vsque ad 202.) episcopus Lugdunensis: Insectator haereseos Valentianae.

2. Libros V. contra haereses, graece, (graeci autem sermonis liber I. et reliquorum librorum fragmenta supersunt: latina autem minus elegans versio, licet fida et antiquissima, Irenaeum ipsum habere non videtur auctorem,) et quaedam alia scripsit, quorum tantum reliquias edax tempus nobis permisit.

3. *Latine* versum primum prodiit *D. Ierenaei opus* in quinque libros digestum aduersus haereses, opera *Des. Erasmi* Basil. apud Io. Frobenium, 1526. mense Aug. fol. — emendatius rec. ib. 1528. 1534. 1548. 1554. 1560. Paris. 1545. 1563. 1567. 8. —— Diui *Irenaei*, graeci scriptoris eruditissimi, episcopi Lugdun. libri V. aduersus portentosas haereses Valentini et aliorum, accuratius, quam antehac emendati: additis Graecis, quae reperiri potuerunt: opera et diligentia *Nicolai Gallasii*, S. Theol. Professoris: vna cum eiusdem adnotationibus. Additus est etiam index locupletissimus. Apud Io. le Preux et Io. Paruum. (Geneu.) 1570. fol. Dedicatio ad D. Edmundum Grundallum, episcopum Londinensem, scripta est Geneuae, prid. Cal. Febr. 1569. Aurelia enim post exortam Papistarum seditionem aufugit Geneuam. Irenaeum autem graece scripsisse tam in epistola quam in praefatione adseuerat. De vita et scriptis Ire-

Irenaei ex *Eusebio* H. E. V. cap. 4. cap. 19 et 20. cap. 25 et 26 ex *Hieronymo* de script. eccles. exponit. Graeca Irenaei, quae potuit reperire, et Epiphanius inseruerat scriptis suis, dedit, indeque excerpta cum sua interpretatione in duabus columnis, et in opposita pagina veterem interpretationem posuit. In fine addidit adnotatt. vberiores, quibus obscura pleraque illustrantur. Itidem nonnullos S. S. locos explicuit iisque respondit, qui aduersus piam doctrinam sunt Irenaei auctoritate abusi. Denique copiosus rerum memorabilium index claudit opus. —— Recentissimae, et, licet studio atque diligentiae editorum futurorum largum sit relictum spicilegium, praestantissimae huc vsque edd sunt *Io. Ern. Grabe*, Oxon. 1702. fol. et *Renati Massuet*, Paris. 1710. fol.

Fragmenta anecdota ex bibliotheca Taurinensi eruit, latine vertit et euulgauit *Christoph. Matth. Pfaffius* primum in Giornale de' Letterati d'Italia, tom. XVI. pag. 228 sqq. rec. cum liturgia Grabiana, in eius syntagmate dissertatt. theologicarum, Stuttgard 1721. 8. et a Fabricio in edit. Hippolyti, Hamburgi 1718. fol. vol. II. —— Separatim ab ipso Pfaffio edita, huius sententiae: *Irenaei* fragmenta anecdota, quae ex bibl. Taurin. eruit, lat. versione notisque donauit, duabus diss. de oblatione et consecratione eucharistiae illustrauit; denique liturgia graeca *Io. Ern Grabii*, et diss. de praeiudiciis theologicis auxit *Christoph. Matth. Pfaffius*. Hagae Comit. 1715. 8. — tum repetita et inscripta: *S. Irenaei* scripta anecdota, gr. et lat. notisque ac Dissertationibus illustrata: denique liturgia graeca I. E. Grabe aucta, labore et studio

C.

C. M. *Pfaffii.* Lugd. B. 1743. 8. tom. I. II. Cui quum auctores Catalogi codicum MSS. bibliothecae Taurinensis, Taurini 1740. fol. Antonius Rivautella et Fr. Berta inuidiam culpae conflassent, is eam depulit in epistola ad Io. Erh. Kappium de catalogo MStorum codicum bibliothecae Taurinensis, in Nou. Actis eruditorum 1752. Aug. p. 443. sqq. — De conamine *Magni Crusii* v. Acta erud. 1729. mens. Febr. pag. 59. — Fragmenta IX. *Irenaei*, (quorum tamen quartum iam exstat in edit. Massueti,) in lucem protulit cl. *Münter* in fragmentis patrum gr. vol. I. nr. 2. Quaedam emendauit censor in ephem. litt. Gottingens. a. 1788. plag. 124. pag. 1245. sq.

4. *Io. Dau. Koeleri* differt. illustrans testimonium S. Irenaei episcopi Lugdunensis de Germaniis Christianis in saec. II. Gottingae 1742. — St. Clement's and St. Irenaeus's Vindication of the Apostolical Constitutions from several Objections made against them, — by *Will. Whiston* etc. London, printed for the Author. 1716. 8. conf Crellii epist. in Thesauro epistol. La Croziano, tom. 1. pag. 113. sq. — *D. Salom. Deylingii* Irenaeus euangelicae veritatis confessor ac testis a Renati Massueti prauis explicationibus vindicatus. editio altera auctior et emendatior. Lipsiae 1721. 4. — *Io. Francisci Buddei* disp. respond. M. *Io. Georg. Ioch*, Clementem Romanum atque Irenaeum non fauere Missae pontificiae, Io. Ern. Grabio opposita. Ienae, 1705. 4.

Io. Salom. Semler scripsit comment. ad Irenaei locum de nomine Iesu hebraico, in Actis societ. lat. Ienens. Vol. I. pag. 68. sqq. Idem vir doct.

in

in hiſtorica Iſagoge ad Baumgartenii Polemicam vol II. pag. 131. et in proluſione de cauenda moleſta ſedulitate ſacra ad corrigendas quasdam Irenaei et Tertulliani ſententias, Halae 1772. fidem Irenaei minuere eiusque libros in ſuſpicionem νοθείας adducere tentauit; at defenſionem illorum ſuſcepit *Walch*, theologus Gottingenſis, in tomo V. nouorum Commentariorum ſocietatis regiae doctrinarum Gottingenſis 1775. 4. Conf. *Roesler* Part. I. pag. 262. ſqq. Adde *Erh. Andr. Frommanni* II. Progr. interpretationes N. T. ex Irenaeo, Coburgi 1766. *Fabricii* B. Gr. Vol V. pag. 66. ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 458. ſqq. *Saxii* Onom. I. pag. 328. ſq.

§. 9.

HEGESIPPI, ex Iudaeo Chriſtiani, fragmenta collegit *Grabe* Tom. II. ſpicilegii. Conf. *Fabric.* l. m. p. 188. et *Saxe* p. 329. ſupra ad §. 4 not. *Io. Ens* lib. in Hegeſippi teſtimonium de eccleſia virgine. Traiecti ad Rhen. 1721. 4.

§. 10

THEOPHILVS.

1. Iudaeus ortu, et ſectae Sadducaeorum addictus ante ſalutarem vitae et doctrinae emendationem fuiſſe videtur *Guſtauo Chriſtoph. Hosmann*, qui Theophili libros e graeco theotisce fecit, multisque illuſtrauit notis, Hamburgi 1729. 8. Vulgo dicitur a deorum cultu ad profeſſionem chriſtianae doctrinae transiiſſe: labentibus annis Epiſcopus euaſit Antiochenus.

2. Paul-

2. Paulo ante mortem suam, circiter a. C. 181 teste *Eusebio* H. E IV. 24. scripsit libros III. περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως Autolycum. — Libri quatuor commentariorum in varia Euangelistarum loca secundum peritiores criticos Theophilum quemdam multo iuniorem produnt auctorem.

3. Tres illi libri haerent multis Iustini Martyris editionibus. Primum gr. et lat. cum Antonii et Maximi Sententiarum tom. III. Tiguri 1546. fol. — Separatim illos graece et latine ad fidem cod. Bodleiani et ex parte regii Parisiensis denuo recognitos notisque tum aliorum tum suis instructos edidit *Io. Christoph. Wolfius*, Hamburgi 1724. 8.

4. *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag 91. sqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 423. et kurze Nachrichten Vol. I. pag. 516. *Saxe* Onom. I. pag. 331. — Criticae *Heumanni* obss. in huius Poecile tom. I. p. 505. sq. et tom. III. p. 203. sqq. — *Roesler* I. p. 218. sqq. — *Theoph. Grabener* diss. de Theophilo Antiocheno Dresdae 1744. 4. —— Thesaur. epist. La Crozian tom. II. pag. 188. 190. 193. sq. 196. 211. sq. 213. 217. — *Moshem* in Obss. sacris cap. 3. et 4. — *Ioseph Betty* Theophili libr. ad Autolycum, vna cum Tertulliani praescriptione etc. in linguam anglicam transtulit, notisque et dissertt. praeliminar. instruxit. Oxon. 1722. 8. — *Theophili Alexandrini* (multi enim fuerunt eiusdem nominis,) prologus ad Theodosium imperatorem de Sctо Pascha, gr. et lat. in Dionys Petauii doctrina temporum, vol II. fin. — Fabricius in B. Gr. V. pag. 94. sqq. multos quidem enumerat *Theophilos*: eorum tamen catalogum amplificat *Heumann* in diss. de Theophilo, cui Lucas

Lucas historiam sacram inscripsit, in Bibl. Bremensi, class. IV. fasc. II. pag. 488.

§. 11.

HERMIAS.

1. *Caue* hunc philosophum Christianum ad saeculi II. exeuntis tempora refert. Alii eum iuniorem fuisse scriptorem fuisse putarunt.

2. Eius *Irrisio gentilium philosophorum* addita est quibusdam Iustini editionibus. — in *Morellii* historia philos ed. H. Wolfii pag 180 sq v. *Heumanni* acta philos. tom. III. pag. 444 sqq. — graece et latine ad codicem MS. Thomae Galei, cum variis lectionibus, et *Galei* et *Wilh. Worthi* notis, cum Tatiano; Oxon. 1700. 8. — cum annotatt. H. Wolfii, Th. Galei, W. Worthi suisque graece edidit *Io. Christo. Dommerich*, Hal. 1764. 8.

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 96 sq. *Hamberger* Z. N II. pag. 441 sq. et kurze Nachrichten I. pag. 526 sq. *Saxe* Onomast. I. pag. 334 sq. *Henr. Blumenbachii* Antiquitates Epiphaniorum. Lipsiae 1737 4. pag. 6. vbi de pluribus ecclesiasticis agitur scriptoribus.

§. 12.

T. FLAVIVS CLEMENS.

1. A. C. 202. suo se munere abdicare iubebatur: et ante A. C. 218. vita decessit. Discipulus fuit Pantaeni: vir probus et doctissimus, qui, abiuratis superstitionibus, vel ex doctrina scriptisque veterum profanorum argumenta pro veritate religionis

gionis christianae diligenter collegit, philosophus christianus, presbyter et Catecheta *alexandrinus*, (v. Michaelis et Dietelmairi scripta §. VI. n. 4. citata,) atque Origenis magister.

2. Ex libris eius in primis memorandi videntur Protrepticus, Paedagogus et Stromateon libri, antiqua eruditione referti et doctissimi, qui vero ordine et perspicuitate laborant. De his reliquisque atque variis editionibus consule *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 102 sqq. atque *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 485 sqq. eosque viros doctos, quos illi laudant.

3. Editiones praecipuae sunt Florentina, graece, curante *Petro Victorio*, 1550. fol. — *Frid. Sylburgii*, Heidelbergae apud Commel. 1592. fol. — *Dan. Heinsii*, Lugd. Bat. 1616. fol. recusa, notis Frontonis Ducaei additis, Paris. 1629 fol et, vitiose, 1641. atque Coloniae siue potius Wittebergae 1688. fol. — Praestantissima autem est, quam diligentiae *Io. Potteri* debemus, Oxon. 1715. fol. recusa, Venetiis 1757. II. Voll. fol. cum fragmentis ex Fabricio ac vita S. patris. — Operum supplementum publicarat *Thomas Ittigius*, Lipsiae 1700. 8.

4. Adde *Bruckeri* histor. crit. philos. Tom. III. pag. 414 sqq. et appendicem pag. 541. *Saxii* V. C. Onomast. I. pag. 343. Miscell. Obseru. Belg. vol. IV. tom I pag. 72 sqq. et pag. 103 sqq. et *Roesleri* Bibliothek der Kirchenväter etc. Vol II. pag. 1. sqq — Clemens Alexandrinus a nonnullis pro antiquitate punctorum et accentuum in testimonium vocatus, de iis vel ne per somnium quidem cogitauit: id quod demonstrauit V. D. in

  bibl.

bibl. Bremensi class. II. fasc. I. pag. 191 sqq. ad Strom. lib. III. cap. 4. p. 529. ed. Potteri. — *P. Gottfried Lumper* in parte IV Historiae theologico-criticae, supra in §. 2. memoratae, complectente praeter minores patres saeculi II. potissimum S. Clementis vitam, scripta et fidei doctrinam, Augustae Vindelic. 1785. 8. ea, quae inuenit temere compilasse, neque de Clementis confusa scribendi et dogmatica ratione recte iudicasse, a censoribus arguitur. — *P. Placidus Sprenger* in thesauro rei patristicae, tom. II. et III. copiosus est de scriptis atque editionibus Clementis Alexandrini. — *Eduardi Vitry* diss. de Titi Flauii Clementis, viri consularis et martyris tumulo, Vrbini, 1727. et tom. 23. della Raccolta di Opuscoli scientifici del P. Calogerà: coll. *Villoison* in Anecdotis graecis, tom. II. p. 158. not. et p. 160. — *Io. Balthasar Bernhold*, theologus quondam Altdorfinus, in programmate, inscripto Hypomnemata de T. Flauio Clemente, vtriusque in ecclesia cathedrae ornamento, Altdorf. 1725. 4. partim defendit eum ab iniuriis aliorum, partim eius excusat errores, eumque commendat tamquam typum in ecclesia docentium suoque merito inclarescentium.

§. 13.

AMMONIO, Alexandrino, ante a. C. 250. florenti, debemus *Harmoniam euangelicam*, quae olim Tatiano adscribebatur. v. *Fabricii* B. Gr. vol. IV. pag. 159. et 172. vet. edit. et tom. IV. p. 880 sq. nou. edit et *Hambergeri* Z. N. vol. II. pag. 562 sqq. supra, ad pag. 272.

§. 14.

§. 14.

HIPPOLYTVS.

1. Initio principatus Alexandri Seueri circ. a. C. 202. eloquentia copiaque litterarum tam humanarum quam diuinarum illustris. ad a. 222. perduxit temporum canones, teste *Hieronymo* de scriptor. eccles. cap. *61*. pag. *69*.

2. De patria, munere mortisque tempore varie disputant viri docti. Theologus fuit et chronologus: vulgo habetur episcopus Portuensis (portus romani, hodie *Aden* siue *Adan*,) in Arabia: e contrario *Heumannus* in diss. *vbi* et *qualis episcopus fuerit S. Hippolytus*, Gottingae 1737. et in Primitiis academ. p. 239 sqq. eum fuisse episcopum, sensu ciuili, moderatorem seu inspectorem, euincere studuit. Modo autem in oriente, modo in occidente commoratus est.

3. Opuscula illius, theologici in primis argumenti: (etenim, vtrum Chronicon s. canon paschalis a Scaligero primum graece editus, in libro de emendatione temporum pag. 152. Hippolytum habeat parentem res dubia esse videtur,) edidit gr. et lat. cum praeclaris quorumdam dissertatt. aliisque additamentis *I. Alb. Fabricius*, Hamburgi 1716. Voll. II. — *Carol. Christ. Woog*, professor quondam Lipsiensis, addidit Hippolyti fragmentum ad Prouerb. IX. 1 — 5. Lipsiae 1763.

4. *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 203 sqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 508 sqq. *Erh. Andr. Frommanni* Interpretationes N. T. ex Hippolyto collectae, Coburgi 1765. *Saxii* Onom. I. p. 353.

§. 15.

IVLIVS AFRICANVS, Syrus gente, auctor Cestorum, Chronographiae, actorum *) martyrii Symphorosae filiorumque et epistolae ad Origenem de Susannae historia, vixit circiter a. C. 220. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. c. 24. vol. IV. p. 240 sqq. nou. edit. et quae ibi adnotaui. *Hambergeri* Z. N. II. pag. 525 sqq. *Saxe* Onom. I. p. 352.

De *Origene*, ab a. C. 185—253. iam supra cap. II. disserui. Supra memoratis addantur *Roesleri* Bibliothek der Kirchenväter Part. II. p. 76 sqq. Progr. Gottingense, complectens *Prologos Origenis* in euangelia S. Matthaei, Lucae et Iohannis, graece et latine hactenus ineditos, Gottingae 1735. et *Ioach. Samuel Weikhmanni* comment. de schola Origenis sacra ex Gregorio Thaumaturgo informata, Wittebergae 1744. 4. — *Franc. Florius* in libro, de quodam Hegesippi fragmento cet. Bononiae 1793. 4. pag. 66 sqq. multa Origenis loca corrigit partim, partim interpretatur.

§. 16.

GREGORIVS, antea THEODORVS.

1. Viuere desiit post a. Chr. 270.

2. Propter miracula, quae edidisse dicitur, cognomine *Thaumaturgi* insigniebatur. Discipulus fuit Origenis, ex cuius institutione hausit christianae doctrinae capita et delicias, atque in cuius honorem recitasse videtur circiter a. C. 239. πανηγυρικὸν

*) Quae tamen supposititia habentur.

ϱικὸν ἐυχαϱιςίας. Poſtea inuitus ſuſcepit ſummam curam coetus chriſtiani Neo-Caeſarienſis per Cappadociam.

3. Opera eius tam genuina, quam ſpuria, prodierunt cura *Gerardi Voſſii* *), Moguntiae 1604. 4. recuſa, cum operibus Macarii Aegyptii, atque Baſilii, Seleuciae Iſauriae epiſcopi, Ioannisque Zonarae expoſitione canonicarum epiſtolarum reliquarum, canonum commentario ſubiungenda, Paris. 1621. fol. — de ſancta trinitate doctrina ex cod. gr. et lat. cum epiſtola Leonis M. ad Flauianum, praefationem edita a M. *Nic. Glaſtro*, Hamburgi 1614. 8. — cum interpretat. Rufini in *Fabr.* B. Gr. vol. V. pag. 249. et in eiusd. edit. Hippolyti. vol. II. pag. 224. Fragmenta, 1) ſcholia ex eius ab Euſebio memoratis explicationibus eccleſiaſticis, cap. 1 — 3. v. 11. — 2) fragm. in Lucam XXII. 42 — 48. — 3) fragm. de Homouſia filii et patris dei, ex Euthymii Panoplia. in veterum patrum eccleſiaſticorumque ſcriptorum analectis nouis, Venet. 1781. fol. nr. 2.

4. Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. V. pag. 247. ſqq. *Hamberg* Z. N. Vol. II. pag. 611. ſqq. *Saxium* in Onom. I. 365.

§. 17.

DIONYSIVS, ab Origene inſtitutus et a ſuperſtitionibus ad verum dei cultum ductus, primum

*) Hic fuit Leodine ortus et pontificiorum adſecla; qui male confunditur cum Gerardo Io. Voſſio. v. notam ad G. I. Voſſi vitam in *Niceronii* vitis erudit. tom. I. pag. 113. ex verſione german. Baumgartenii

mum ab a. C. 231. Catecheta, deinde ab a. C. 248. episcopus Alexandrinus. Senex vita decessit a C. 265. De eius scriptis tam dubiis, quam veris consule *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 263. sqq. et *Hamberger.* Z. N II. pag. 605. sqq. adde Saxii Onom. I. p. 366.

Nominasse quoque hic sufficiat *Paullum, Samosatenum*, ab a. 260 post *Demetrianum*, episcopum Antiochenum; sed a Synodo Antiochena secunda erroris damnatum et a. Chr. 272. magistratu illo priuatum: (*Saxii* Onom. I. pag. 370.) — *Anatolium*, Alexandrinum. circ. a 273. episcopum in Syria Laodicenum, mathematicum et philosophum, auctorem canonis paschalis, (ex vet. latina versione adhuc superstitis, et ab *Aegidio Bucherio*, in huius doctrina temporum, Antwerp. 1634. p. 439. editi atque illustrati, v. *Fabr.* B. Gr. lib. III. cap. 8. vol. III. pag. 461. vbi plura notaui, *Chaufepié* nouv. diction. etc h. v. *Hamberger* Z. N. II. pag. 627. sqq. *Saxii* Onom. I. pag. 373.) — *Tryphonem*, Originis discipulum, *Beryllum*, Bostrenum in Arabia episcopum; *Nepotem*, episcopum Aegypti; *Cornelium* episcop. rom. ab a. 251. *Eusebium*, primum Alexandrinae ecclesiae diaconum, dein episcopum Laodicenum; *Magnetem*; *) *Petrum* Epi-

*) v. *Villoison.* in anecd. gr. tom. II. pag. 264. not. qui laudat cl. *Morelli* diss. de publica S. Marci biblioth. Magnetis, siue Hierosolymitani presbyteri, siue Macarii, fragm. quaedam exstant in cod. Marciano DIII. adde *Fabr.* B. Gr. vol. V. pag. 276. *Macarii Magnetis* fragm. edere promiserat *Magn. Crusius.* v. Acta erudit. 1729. m. Febr. p. 59. et Beyträge zur Hist. der Gelahrheit, part. II. p. 93 et 101.

Epifcopum Alexandrinum; qui a. 300. martyrium subiit. (v. *Sax.* I. p. 389. *Fabr.* B. G. VIII. pag. 411. *Villois.* anecd. gr. II. p. 247.) *Pamphilum*, doctum presbyter. Caefareenfem et amiciffimum Eufebio, qui ab illo Pamphili nomen adfciuit; *Lucianum*, Antiochenum Presbyterum, quem editionem LXX. interpretum recenfuiffe, iam fupra Cap. II. monuimus; (conf. *Saxii* Onom. p. 389.) *Methodium* *) (v. *Saxe* l. c. pag. 390. *Hamberger.* loco mem. pag. 665. fqq.) *Hefychium*, epifcopum Aegyptium, qui iisdem, quibus Lucianus, temporibus graecam verfionem librorum diuinorum recenfere inftituit; *Manetem* fiue *Manichaeum*, de cuius erroribus et fcriptis aliisque fcriptoribus deperditis iisque, qui vulgo vocantur haeretici, tertii faeculi, v. praeter auctores hiftoriae ecclefiafticae, *Fabricium* in B. Gr. vol. V. libr. V. cap. 1. (in quo capite etiam fupra memoratos perfequutus eft,) pag. 281. fqq. adde *M. Io. Chriftoph. Wolfii* librum doctum et infcriptum: Manichaeismus ante Manichaeos et in Chriftianismo rediuiuus etc. Hamburgi, 1707. 8. ——

Gregorius, archiepifcopus et primas Armeniae, tempore Conftantini M. et Theridatis regis Armeniae atque verum quum iam fenio effet confectus, tempore concilii Nicaeni, de cuius acerbiffimis fatis, virtutibus, miraculis etc. multae fabulae fparfae funt: quas collegit et diffeminauit *Anton. Maria Bonucci* in: Iftoria della vita, martirio et miracoli di S. Gregorio etc. Romae 1717. 4. Sed

 confer

*) Conf. cel. D. *Io. Andr. Sixti*, theologi. Altdorfini, commentat. de Methodio, Tyri quondam epifcopo. Altdorfii, 1787. 4.

confer acta erudit. Lipſiens. a. 1719. mens. Iun. pag. 237 — 241.

De *Paullo*, Thebaeo, Anachoretarum ſiue Eremitarum auctore, a. C. 341. vel initio 342. denato v. *Pagii* Criticam Baron. ad an. Ch. 318. n. XIV. XV. et ad a. Ch. 343. n. II. *Saxii* On. I. p. 392.

§. 18.

EVSEBIVS.

1. Natus circ. a. Ch. 264. obiit a. C. 340.

2. Pamphili amicus, Caeſareae Palaeſtinae ab a. C. 315. epiſcopus, egregius hiſtoricus, philoſophus atque theologus; Arii tamen haereſi fauiſſe videtur: ſiquidem illius cauſſam contra Alexandrum, epiſcopum Alexandrinum, egit.

3. Ex multis ingenii et ſingularis eruditionis monumentis potiora nominabimus, n. 1) Chronicon, quod deſiit a. 327. et cuius fragmenta graece ſuperſunt. *) 2) Praeparationis euangelicae

*) Verſio latina tribui ſolet *Hieronymo*; Sed *Hieronymus de Prato* in diſſ. de Chronicis libris duobus ab Euſebio Caeſar. ſcriptis et editis. Veronae 1750. 8. demonſtrare inſtituit, verſionem prioris partis non concinnatam eſſe ab Hieronymo, et promiſit nouam reliquorum genuinorum, graecorum fragmentorum, et latinae verſionis editionem: atque pag. 423. dedit graeca quaedam fragmenta ex Euſebii de temporibus libro primo, olim excerpta a Georgio Syncello noua interpretatione, notis et obſſ. illuſtrata et ex parte nunc primum auctori ſuo vindicata. Contra Scaligeri animadu. in Euſebii Chron. et contra Vallars. in

rae libros XV. opus praestans, quod multa quoque loca deperditorum praecipue philosophicorum scriptorum nobis seruauit; 3) Demonstrationem euangelicam, cuius tantum decem libri, iique haud integri supersunt; 4) Historiae ecclesiasticae Libr. X. a Christo vsque ad Licinum a. C. 324. a Rufino, mutationibus quibusdam factis et omisso libro X. in linguam latinam translatos; 5) librum contra Hieroclem; 6) de vita Constantini M. libros IV. in quibus a suspicione adulationis haud alienus esse videtur; 7) contra *Marcellum*, *Ancyrae* episcopum: (de cuius episcopi opinionibus egerunt pluribus, vt id ὡς ἐν παρόδῳ moneam, *Christi. Henr. Vogel*, in diss. de Marcello Ancyrae Episcopo, Gottingae 1757. et *I. Sal. Semler* in selectis capitibus historiae ecclesiast. tom. I. pag. 158. sqq. et pag. 163. sqq. de *Photino*, Marcelli discipulo;) — 8) commentarium in Esaiam, 10) commentar. in Psalmos CXIX. (commentarii in reliquos XXXI. perierunt;) 11) de vitis prophetarum. 12) fragmenta ex commentariis in canticum canticorum. 13) oratio de Constantini M. laudibus; etc. At de his et reliquis eorumque editionibus copiosius disputant *Fabricius* in B. Gr. Vol. VI. p. 30. sqq. *Hamberger*. Z. N. II. p. 705. aliique.

O 5 4. Quod

in praef. tom. VIII. p. 1 sqq. multa erudite disputat. Adde *Vallars*. (qui tom. VIII. Opp. Hieronymi, part. I. et II. Chronica Eusebii de graeco translata ex Pontaci edit. cum huius suisque commentariis inferuit,) in prolegom. tomo I. praemissis de libri Eusebiani ac versionis Hieronymianae per editiones recentiores satis.

4. Quod ad editiones adtinet, memoratu dignae sunt: 1) *Chronicon*, quantum graece, aut ex interpretatione Hieronymi superest, exstat in Iosephi Iusti Scaligeri thesauro temporum, Lugd. B. 1606. auct. et emendat. Amstel. 1658. fol. — Princeps lat. editio est Eusebii Chronicon per Philippum Lauaniam, (curante *Bonino Mombritio*,) Mediolani, s. l. et a. (circa a. 1475.) in 4. vide *Saxii* histor. litter. typogr. Mediolan. col. 148. et pag. 608. *Apostoli Zeni* diss. Vossiane, tom. I. Ven. et 1752. 4. pag. 110. *Clement* bibl. curieuse hist. et crit. tom. VIII. pag. 170. sqq. vbi plures editt. operum Eusebianorum copiose recensentur. — De editionibus versionis Hieronym. v. cl. *Caroli Traugott Gottlob Schoenemann* bibl. histor. litterar. patrum latinor. tom. I. pag. 440 et 454. sqq. et quae ego in breuiore notitia litterat. rom. pag. 647 et 648. notaui: quibus addes *Eusebii* Caesar. chronicon, quod Hieronymus — latinum facere curauit etc. *Henr. Stephan.* —— In calce: absolutum est in alma Parisiorum academia hoc Eusebii Caesar. de temporibus chronicon cum nonnullis additionibus: per *Henr. Stephanum in formularia litterarum arte opificem*, illius maxima cura et diligentia, nec non eiusdem et *Iodoci Badii* — expensis. a. 1512. 4. a fol. 1 — 97. est Hieronymi versio chronici Eusebiani latina; a fol. 97. — fol. 101. aduers. Hieronymi continuatio: tum sequitur Chron. *Prosperi Aquitani*; a fol. 107 ab a. Ch. 448. *Matthaei Palmerii Florentini* continuatio: a fol. 153. *Matthaei Palmerii Pisani* Opusculum de temporibus suis, ab a. Ch. 1450, denique fol. 169 adu. ab anno 1482 vsque

vsque ad a. 1512. *Io. Muuallis* Tornacensis in Eusebium de temporibus noua additio. Haec rara. *) quam ipse habeo. multisque haud cognita editio ita, vt post Prosperum insererentur M. Aurelii Cassiodori et Hermanni Contracti chronica, tantum repetita esse videtur Basil. excud. Henr. Petrus 1529. fol. Titulum posterioris huius edit. indicat *Freytag* in adpar. litter. tom. III. pag. 575. — Eadem chronica, ex edit. *Io. Sichardi*, Basil. 1536. fol. —— Ad emendationem et criticam intelligentiam graeci chronici Eusebiani necessarius est liber Schurzfleischianus, cuius est inscriptio: *Henr. Leonh. Schurzfleischii* notitia bibliothecae principalis Vinariensis — accedunt *Claudii Salmasii, in Chronicum Hieronymi latinum variae lectiones et emendationes* e III. Palatinis codd. olim erutae et nunc primum cum eruditis ex Vinariensi bibliotheca communicatae, tum et ad *Chronicum Eusebii graecum* et alterum *Paschale castigationes et animaduersiones*, passim e schedis b. fratris auctae et locupletatae. ed. II. correctior et accessione supplementi auctior. Ienae 1715. 4.

2) *Praeparatio euangelica*, gr. Lutet. ex off. Rob. Stephani, 1544. fol. — gr. et lat. e recensione et cum notis *Francisci Vigeri*, Paris. 1628. fol. — rec Lipsiae 1688. fol. **) —

3) *Euan-*

*) Multus tamen de ea est *Clement* l. c. pag. 172 sqq. praesertim not. de repetita editione; ibidem 1518. facta.

**) De versione latina Georgii Trapezuntii, Venet. 1470. f. et sine loci nota per Leonhard. Aurl. 1473. fol. ac Venet. 1497. it. Taruisii, per Mich. Manzolinum, 1480

3) *Euangelicae demonstrationis* Libr. X. gr. Lutetiae, in offic. Rob. Stephani 1545. fol. — graece et lat. cum notis *M.*(*Rich. Montacutii*,) Paris. 1628. fol. — rec. Lipsiae 1688. fol. — Prooemium et capita priora demonstrat. euangelicae, quae in edd. hactenus desiderantur, gr. et lat. lucem viderunt in *I. A. Fabricii* delectu argumentorum et scriptorum de verit. relig. christ. pag. 1. sqq. conf. *Villoison* prolegom. ad Homeri Iliada p. 45. sq. not.

4) *Ecclesiasticae historiae libri* X. eiusdem vita Constantini lib. V. *Socratis* lib. VII. *Theodoriti* lib. V. Collectaneorum ex historia ecclesiastica *Theodori Lectoris* lib. II. *Hermii Sozomeni* libri IX. *Euagrii* libri VI. (graece) Lutetiae Paris. ex offic. Roberti Stephani. 1544. fol. —— Iidem graece et lat. interprete *Ioanne Christophorsono.* Colon. Allobrog. 1612. fol. —— Eorumdem historia ecclesiastica. *Henr. Valesius* graecum textum collatis IV. MSStis codd. emendauit, latine vertit et adnotationibus illustrauit. Paris. 1659. fol. — rec. Moguntiae 1672. emend. et auctius ab eodem Valesio editi Paris. 1677. rec. aut sub nouo tantum titulo 1746. — Amstel. 1695. optime vero hue vsque, ita vt Valesiana esset basis, a Guilielmo *Reading* Cantabrig. 1720. *) — rec. Turini 1748. fol. — Ecclef. hist. Ruffino interprete, ac duo Ruffini libr. labore et studio *Petr. Thom. Cacciari*, Romae tom. I. 1740. tom. II. 1741. 4. — Histor. eccle-

1480. fol. v. *Pinelli* catal. I. pag. 61. sq. ibique not. cl. Morelli, et *Zeni* diff. Vossian. II. p. 6. sqq.

*) v. *Baumgart.* Nachr. von merkw. Büch. tom. X. p. 310 — 318.

ecclesiast. eiusdem (Eusebii) de vita imperat. Constantini, quibus subiicitur oratio Constantini ad sanctos, et Panegyricus Eusebii. Henr. Valesius lat. vertit et adnott. illustrauit, Venet. 1770. III. Voll. 4. repetitae huic editioni Valesianae accesserunt criticae obss. variorum a Reading collectae, commentatt. Valesii et comment. histor. *Petri Tommasi Cacciari* de versione Ruffini Eusebiana *) — *Stroth* hos Eusebii libros theotisce fecit, Quedlinburg. 1777. II. tom. et nouam illorum editionem curare coepit, sed non absoluit: cuius editio inscripta est: *Eusebii Pamphili* historiae ecclesiasticae libri X. Eiusdem de vita Constantini libri IV. Textum ad fidem codd. msst. et edd. recensuit notasque maximam partem criticas adiecit *F. A. Stroth.* vol. I. Halae Sax. 1779. 8. Readingii merita, quae in critica parte haud adeo insignia fuerunt, Strothius superare studuit, eoque consilio ad meliorem contextus formam atque constitutionem effingendam, ea, quae antea fuerunt dispersa, collegit et varias contulit Eusebii editiones, nec non in subsidium vocauit Rufinum ac Nicephorum. In praefatione recensuit codices, editiones, et versiones.

Eusebii Pamphili, *Polychronii* Diaconi et *Pselli* expositiones in canticum canticorum, graece. *Io. Meursius* primus e tenebris eruit et publicauit, Lugd. Bat. apud Elzeuir. 1617. 4.

Ex *Eusebii* eclogis propheticis, (de prophetiis in V. T. de Christo; ex cod. Vindobon.) specimen,

*) Haec scripseram olim ducibus eph. litt. Ienens, sed cel. *Krohn* in litteris ad Strothium, (praef. p. XXVII. negat, edit. gr. lat. 1770. prodiisse Venet. ap. Zattam; sed Valesii version. lat. cum praef. et diss. critica Cacciari, Venet. 1763. III. voll. 4.

men, vna cum notitia illius cod. dedit *Münter* in fragm. patrum graec. vol. I. nr. 3.

Epistolam ecclesiae Smyrnaeensis de martyrio Polycarpi, (cuius magna pars est apud *Eusebium* in Hist. eccles. IV. 15. et ab Vsserio separatim est edita,) atque epistolam Christianorum Lugdunensium ac Viennensium transtulit in sermonem anglicum atque explicuit *D. Dalrymple de Hailes*, Esq. in Account of the Martyrs at Smyrna and Lyons in the second Century. With explanatory notes. Edinburg. 1776. 8. Narratiunculam de voce coelesti, quae excitasset; Polycarpum ad iudicium vocatum, et miraculi fabulam in martyrio illius ostensi, praecipue τῆς περιστερᾶς (vbi vero loco περιστέρα scriptum fuisse putat ἐπ' ἀριστερᾶ,) et alia curiose inuestigat. —— Idem de epistola Dionysii, episcopi Alexandrini, ad Fabium, episcopum antiochenum, de persequutione Christianorum in Aegypto, an. primo Decii imperatoris, (ex *Eusebio* VI. 41.) in: Remains of Christian antiquity. With explanatory notes. Edimburg. 1778. 8. —— Idem in alio libro eiusdem inscriptionis, 1780. 8. explicat historiam martyrum in Palaestina sub Diocletiano apud *Eusebium* H. E. VIII. fin.

Sacrosanctus euangeliorum codex S. *Eusebii*, magni episcopi et martyris manu exaratus, ex autographo Basilicae Vercellensis ad vnguem exhibitus opera et studio *Io. Andr. Irici*, Trident coll. Ambrosiani Doct. cum eiusdem praefat. notis et concordantibus aliorum codd. et SS. patrum lectionibus. Mediolani, 1748. In praef. Iricus integritatem et authentiam codicis firmius lateque corroborare, et locum, vbi ab Eusebio scriptus sit,

cer-

certius indicare ac definire conatur. —— Fragmentum ex opere deperdito, *Theophaniae euangelicae*, ex cod. reg. Paris. et Coislin. primus dedit atque explicuit auctor progr. Gotting. paschal. 1740. 4. Reliquorum libellorum editt. v. apud Fabricium et Hambergerum: equidem addo, Eusebii fragmentum, in Matthaei Anecdotis, Mosquae 1775. primum esse vulgatum.

5. De edit. latina Euseb hist. eccles. circ. 1470. fol. v. *Braun.* notit. hist litter. bibl. S Vdalrici etc. I. pag. 27. et *Strauss* in Opp. rariorib. bibl. Rebdorf. pag. 1 sq. qui eam omnium primam, scribit, excusam esse Argentinae circa a. 1470. ab Henr. Eggenstein. adde cel. *Panzeri* A. T. tom. I. pag. 83. —— In Eusebii contra Marcellum libros obseruationes selectae, auctore R. S. C. (*Rettberg*, rector scholae Clausthal.) in Annal. litter. Helmstad. m. Maio et Iun. 1787. et separatim Lips. 1787. 8. Verba et sententiae Marcelli apud Eusebium sunt confuse posita nec intelligenter conseruata; in editis libris Oedipo egent; versio autem latina caret sensu. Rettberg igitur fragmenta Marcelli apud Eusebium ordinauit, illustrauit, docteque explicuit. —— *Iriart.* catal. cod. Matrit. pag. 547 sq. de apographo quodam codicis quondam Escural. flammis absumti. —— Locum quemdam multis desperatum nec explicandum visum acute exposuit et interpretatus est cl. *Faber* in prolus. Eusebianae de Iacobi fratris Iesu vita et morte narrationis partes quaedam explicantur atque defenduntur. Onoldi 1793. 4. —— *Io. Christoph. Ernesti*, diss. II. de Eusebio, Wittebergae 1688. rec. ibid. 1703. 4. —— *P. Domin.*

Domin. Schramm in analyſi Opp. S. patrum et ſcriptor. eccleſiaſtic. tom. VIII. toto. Auguſtae Vindel. 1785. 8.) Euſebii opera nec plene, nec integre pertractat. — S. S. BB. coniectur. in locum Euſebii (praepar. euang. lib. I.) ex Zoroaſtre laudatum, in miſc. Obſſ. vol. III. tom. II. pag. 233 — 235. — *I. G. de Chaufepié* nouv. dict. hiſt. et crit. h. v. — Conf. praeter ea Lambach. bibl. Vindob. ciuic. p. 79 ſq. *Fabricii* B. Gr. Vol. IX. p. 383. *Bruckeri* hiſt. crit. philos. Vol. III. pag. 470. ſq. *Saxii* On. I. pag. 392 ſq. — *Erh. Andr. Frommann* comment. de codicibus ſacris, iuſſu Conſtantini M. ab Euſebio adornatis, Coburgi 1759. et in Opuſculis etc. pag. 303. ſqq. *Freytag* adpar. litter. I. pag. 632 — 636.

Diuerſus eſt *Euſebius*, Emeſenus Phoeniciae, epiſcopus, homiliarum auctor, denat. a. C. 360. *Fabric.* B. G. Vol. VI. pag. 107. ſq. *Saxii* On. I. pag. 402.

§. 19.

EVSTATHIVS, ex Side Pamphiliae, primum epiſcopus Berrhoënſis in Syria, mox auctoritate Synodi Nicaenae, a. 325. habitae, cui interfuit, epiſcopus Antiochenus: confeſſor et grauis aduerſarius ſectae Arianae; cuius quidem inuidia et calumniis effectum eſt, vt in Synodo Antiochena circ. a. 329. munere deponeretur. Atque in exſilio Traianopoli in Thracia diem obiit circa a. C. 360. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VIII. pag. 166. ſqq. *Hamberger.* Z. N. Vol. II. pag. 737. ſqq. *Saxii* On. I. pag. 395.

§. 20.

ATHANASIVS.

1. Natus est a. C. 296. decessit secundum Socratem, Petauium et alios a. C. 371. at secundum plures, quorum sententias et rationes vberius explicat probatque *Bernard de Monte-Falconis* (Montfaucon,) loco infra citando, et quos sequuntur Fabricius, Hambergerus et Saxius, a. Chr. 373.

2. Episcopus Alexandrinus ab a. 326. constans et grauissimus Arianae haereseos aduersarius, et malleus Arianorum, a quibus vero multis modis infamatus, vexatus, et aliquoties a munere suo remotus fuit. At, veritate victrice, sub Valente Augusto perpetua et inconcussa quiete frui coepit. Prudentia enim vitaeque integritas pararunt illi communem existimationem et quasi praesidium contra imperatorem et synodos: neque aduersarii eius vitam insectari, sed doctrinam tantum adgredi sunt conati.

3. Antea quam graecus contextus typis vulgaretur, versio quorumdam opusculorum latina facta est. Princeps editio est opusculi, quod *Athanasio* quidem tribui solet, at nomen illius mentitur; nam est Theophylacti: nimirum: *Athanasii* commentarii in epistolas S. Paulli, latine, *Christophoro Persona* interprete, Romae 1477. fol. in calce: *F. Christophorus de Persona* Romanus. — Traduxit anno Domini M.CCCCLXIX (1469) — et per ingeniosum virum magistrum *Vdalricum Gallum alias Han Alamannum ex Ingelstat ciuem wienensem* — *Romae impressum anno* — M.CCCCLXXII (1472.) etc. Ex hac clausula ad-

paret, edit. romanam a. 1469 esse fictam. v. *Hamberger* II. pag. 783. *Ferdin. Fossium* catal. bibl. Magliabech. tom. I. pag. 218. *Audiffredi* catal. editt rom. saec. XV. pag. 217. qui etiam docet, editionem Sachsel et Barthol. Golsch Romae 1477, quam Maittaire aliique memorant, esse fabulosam. adde cel. *Panzer* annal. typogr. II. pag. 467 sq. et *Audiffr.* l. c. pag 338. de edit. eiusdem opusculi Romana a. 1496. dubia atque, vti is istam vocat, chimaerica.

Athanasii contra Haereticos et libri II. contra gentiles, (ex antiqua versione Omniboni Leoniceni) in calce: *Impressum Vicentiae a Leonardo Basileensi cupidissime et studiosissime.* M. CCCC. LXXXII. (1482.) in bibl. Neostadiensi ad Aissum. v. *Schnitzer* notitiam illius bibl. part. III. pag. 38. opusc. *contra gentiles* fuit in bibl. Schwarziana, et describitur in catalogo illius bibl. tom. II. n. 342. pag. 188 sq. vberior tamen notitia tum illius editionis, quae plura continet opuscula, tum quorumdam aliorum opusculorum Athanasii latine versorum data est in *Lambacheri* bibl. antiqua Vindobonensi ciuica, part. I. Viennae Austriae 1750. 4. pag. 79 sqq. qui praeterea Lud. El. Dupunium nou. bibl. script. ecclesiastic. tom. V. pag. 54. emendat ac supplet; item codic. graec. *Quaestionum ad Antiochum quinquaginta*, (quae tamen in editt. Opp. sunt CXXXVI.)

Sed missis editionibus versionis latinae, et a Lambachero et a Maittario in A. T. memoratis, indicare sufficiat *Athanasii opera*, a *Petro Nannio* collecta et latine versa. Basil. 1556 *) et 1564.

IV.

*) v. *Goetzii* Mem. bibl. Dresdens. tom. I. p. 362 sq.

IV. tomi: quorum tres priores a Nannio; quartus ab aliis versa continet. — tum Paris 1572. et 1581. V. tom. et Paris. 1608 ac 1612. ex recensione et cum notis marginalibus *Frontonis Ducaei*.

A *Beza* ex vetustiss. membranis editi sunt graece et lat. versi: *Athanasii dialogi* V. de sancta Trinitate: *Basilii* libri IV. aduersus impium Eunomium: *Anastasii* et *Cyrilli* (Alexandrini) compendiaria orthodoxae fidei explicatio: ex interpret. *Theodori Bezae*. *Foebadi* siue *Foebadii* liber contra Arrianos. Quae Anastasii et Cyrilli sunt et quae Foebadii nunc primum eduntur a. 1570. excud. Henr. Stephanus. 8. Beza in longa praef. arbitratur, priores IV. libros posse referri ad Anastasium, etiamsi aliena manu adnotatum esset ad primi dialogi marginem: τὸν παρόντα διάλογον οἱ μὲν Ἀθανασίȣ, οἱ δὲ Μαξίμȣ εἶναι λέγουσιν· quintum tamen dialogum esse compendium quoddam vel ab ipso Gregorio Nazianz. vel ex aliqua ipsius disputatione excerptum.

Graecus contextus operum additus est in editione, inscripta: *Athanasii — Opera*, quae reperiuntur omnia, in duos tomos distributa, *graece* nunc primum e MSS. codd. Basil. Cantabr. Palat. et aliis in lucem edita, cum interpretatione lat. *Petri Nannii* et aliorum, vbi illa desiderabatur. Accesserunt, (opera Petri Felckmanni,) fragmenta varia, notae variarum lectionum et index triplex. tom. I II. ex offic. Commeliniana, 1600. fol. vide Götzii Mem. bibl. Dresd. tom I p. 363. — *S. Athan.* Opera omnia, gr. lat. apud Mich. Sonnium, viduam Claudii Morelli et Seb. Cramoisy, Lutet. 1627. fol. curante *Io. Piscatore*.

 In

In graecis ac versione haud pauca mutata esse satis infeliciter, Felckmanni varias lectiones et alia minus bene omissa, notarunt Caue aliique. — recusa tamen, at parum emendate, est illa editio Coloniae, (vel potius Lipsiae,) 1686. fol. — Multo locupletior editio est, quam curauit et postea auxit nouis opusculis *Bernard. de Monte-Falconis*, siue *Montfaucon.* Hic enim post mortem Iac. Lopini curam patris suscepit, et *Opera omnia Athanasii*, graece et lat. cum notis et variis lectionibus vitaque Athanasii, plenissime et optime edidit, tom. I. part. 1. 2. et tom. II. Parisiis 1698. fol. *) deinde XI. opuscula hactenus inedita, gr. et lat. adiecit in Collectione nou. patr. graecor. tom. II. pag. 1 sqq. Paris 1706. fol. recensuit 101. opuscula et fragmenta, (quae singula et ed. Montfauc. late persequitur. *Fabricius* in B. Gr. vol. V. pag. 298 sqq. et reliquas edd. refert,) in quibus vero sunt 43. genuina; 13. dubia; et 34. supposititia. —

Nic. Anton. Giustiniani, episcopus Patauinus edidit *Athanasii* — opera omnia, quae exstant, vel sub eius nomine circumferuntur. — opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Nouissimis nunc curis emendatiora et quarto volumine aucta. Pataiuii 1777. Tria volumina priora reddunt editionem Montefalconianam; quartum continet, quae postea cum Montfaucon in collectione, tum *Wolf* in anecdotis

*) conf. *Neotori* h. e. Küsteri bibl. librorum nouor. tom. IV. m. Ian. et Febr. 1699. p. 3. sqq. et m. Mart. atque April. pag. 155 — 176 sunt excerpta ex vita S. Athanasii, a Montfaucon ex variis scriptoribus collecta.

dotis graecis, (n. tom. IV. pag. 52 sqq. duo Athanasii loca, quae in Catena MS. ad acta Apostolorum illustranda adferuntur ex Athanasii sermone III. et II. contra Nouatianos, qui se ipsi *Catharos* adpellant; v. notam Wolfii pag. 53.) nec non ea, quae *Maffeius* part. III. Osservazioni letterarie, iterumque in Storia teologica *) ad cognoscendam historiam haereseos Meletianae dederunt. Sequitur Athanasii interpretatio Psalmorum, ex Montfaucon collectione, et alia s. de titulis Psalmorum ex codice Barberino, [antea a *Nicol. Antonello*, Romae typis Ios. Collini, 1746. fol. vulgata,] postea aucta, gr. et lat. Plura tamen post Montefalconii sollertiam praestare aut addere debuerat editor. Conf. ephem. litter. Gotting. a. 1778. part. 114. pag. 921 sqq. — Symbolum, quod vulgo vocatur *Athanasianum*, et multas mouit controuersias, a plurimis atro calculo notatur. v. *Stolle* — Nachricht von dem Leben der Kirchenväter [cap. IV. vbi pag. 230 sqq. agitur de Athanasio,] §. 19. pag. 247. *Ger. Io. Voss.* diss. tres de tribus symbolis. Apostolico, Athanasiano et Constantinopolitano. Amstelod. 1642. et 1662. 4. Auctorem symboli Athanasio tributi verum statuit esse incertum.

4. Gregorii Nazianzeni Orat. de laudibus S. Athanasii, quam *Georg. Trapezuntius* in linguam lat. conuertisse dicitur. v. *Saxii* praefat. ad histor. litter. typogr. Mediolanensem pag. 10 et *Zeni* Diss. Vossian. tom. II. pag. 9. sq. Eadem Nazianzeni

*) Veronae 1742. fol. nr. 11. pag. 254. sqq. de quo libro v. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. VII. pag. 152 sqq.

zeni oratio et tres aliae veteres Anaſtaſii vitae praemiſſae ſunt I. volumini edit. Benedictin. *Fabric.* in B. Gr. vol. V. de Athanaſio pag. 297. praeeunte Voſſio de hiſtoricis latinis tradit, illius vitam eſſe ſcriptam a *Ioanne Tortelio Aretino*, atque praemiſſam opuſculis Athanaſii latine editis, Paris. 1520. rec. in tomo III. *Lipomanni* de vitis ſanctorum. Enimuero Voſſium erraſſe, iam animaduertit *Zenus* in Gionale de' Letterati, tom. XI. pag. 309 atque in Diſſ Voſſiane tom. I. p. 148. ſq. at idem cum Voſſio aberrauit a vero, dum ſcribit, illam vitam a *Georgio Wicelio* in Hagiologio, Moguntiae 1541. fol. pag. 134. ſqq. eſſe editam. Nam *Goetzius* in Memorab. bibl. Dresdens. I. pag. 359 ſqq. recenſens codicem membr. ſaec. circ. med. XV. qui continet quaedam Anaſtaſii ac Baſilii opuſcula lat. verſa, animaduertit, 1) vitam illam ab ipſo *Io. Tortelio Aretino* non eſſe confectam; ſed, vt in fronte illius codicis diſerte ſcriptum legitur, e Graeco in Latinum traductam: 2) a *Wicelio* principium et finem eſſe tantummodo vulgatum: ſiquidem in codice integra vita XXXIV. folia compleat; 3) eamdem Athanaſii vitam, forſan non niſi in edit. Paris. a. 1520. formulis deſcriptam typographicis, maxime diuerſam eſſe ab ea, quam Lipomannus in lucem emiſit. — *Bernard. de Monte-Falcony* epiſtola, an vera narratio Rufini, (libri I. cap. 14.) de baptizatis pueris ab Athanaſio puero Item de tempore mortis *Alexandri*, epiſcopi Alexandrini, ac de anno obitus Athanaſii. Lutetiae Paris. 1710. 8. — rec. in bibliotheca hiſtor. philol. theolog. Bremenſi, claſſ IV. faſc. I. Bremae 1720. pag. 221. Fabulam iſtam propagarunt et defenderunt *Socrates* I. cap. 15. *Sozomen.* II,

cap. 17. Anton. Pagius et alii; at Montfaucon diligenter refutauit. — *Weguelin* fuper vita Athanafii, in nouveaux Memoires de l'Acad. des Sc. et B. L. ad a. 1782. Berolini 1784. art. bonar. nr. 7. — *Henr. Benzelius* fcripfit vindicias Athanafii, Chriftoph. Sandio et Gothofr. Arnoldo oppofitas, in *Benzelii* fyntagmate differtationum a Kappio collectarum, Francof. et Lipfiae 1745 4 tom. II. pag. 354. fqq — Inter Whiftonium et Thirlby de Athanafio lis orta eft. *Whifton* nempe edidit: *Thee Effays*. I. the council of Nice vindicated from the Athanafian Herefy. II. A. collection of ancient Monumens relating to the Hiftory of the Fourth Century of the Church. etc. Londini 1713. 8. (v. *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallifch. Bibl. tom. IIII. p. 254 fqq. — Antea idem ediderat An hiftorical preface etc. i. e. praefationem hiftoricam Chriftianismo primaeuo refufcitato praemiffa, cum adpendice etc. Londini 1711. 8. in qua pag 98 fqq. contra Athanafii vitam a Montfaucon exaratam, adeoque contra Athanafium ipfum grauiter disputat, (v. Supplem. actor. erudit. tom. V fect. V. pag. 206 fqq. inprimis pag. 213 fq. et *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallifch Biblioth. tom. IIII. p. 238 fqq. vbi quoque *D. Hillefii* animaduerfiones eodem anno editae memorantur.) — Has calumnias a nomine Athanafii depellere ftuduit *Styan Thirbly* in libr. An Answer to MS. Whiftons feventeen fufpicions concerning Athanafius etc. h. e. refponfio ad Guil. Whiftoni XVII. fundamenta fufpicionum aduerfus Athanafium in hiftorica praefat. motarum, Cantabr. 1712. 8. (conf. Acta erudit. mens. April. 1713. pag. 169

 fqq.)

fqq.) — *Baumgarten* l. cit. pag. 257 fqq. 260 fqq. recenfet alia *Whiftoni* fcripta, in quibus partim contra Hillium et Thirbly fuum de Athanafio et doxologia iudicium vindicare conatus eft; pag. 357. fqq. iudicatur de libris duobus; 1) The true Origin of the *Sabellian* and *Athanafian* Doctrines of the Trinity. Or a Demonftration, that they were firft broach'd by the followers of Simon Magus in the firft Century; and reviv'd by the Montanifts in the fecond: drawn from all the original accounts now extant — by *Will. Whifton*. Londini 1720. 8. 2) *Athanafian* forgeries, impofitions and interpolations, collected chiefly out of Mr. Whifton's Writings. By a Lover of Truth and of true Religion. Londini 1736. 8. — In eiusdem *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern frequens fit mentio Athanafii, tom. I. pag. 250 ex Actis Sanctor. m. Febr. 1684. de *Alexandro*, epifcopo Alexandrino, qui teftis facrorum lauacrorum ab Athanafio puero peractorum fuiffe dicebatur; tom. II. pag. 136. fq. ex iisdem actis Sctorum menfe Maio, tom. I. a. 1680. de vita Athanafii confcripta a *Papebrochio*, qui et narrationem de illis facris lauacris propugnat, et Athanafium fymboli confectorem fuiffe putat: in adpendice tamen *Vigilium Tapfenfem* auctorem illius profeffionis fidei habet. De eodem fymbolo in tom. V. pag. 509 — 513. eiusque auctore, *Vigilio Tapf.* vberius agitur, (adde ib. pag. 532.) et adnotatur, *Iofephum Antelmum* in noua de fymbolo Athanafiano disquifitione 1693. repudiata fententia, Vigilium fuiffe illius parentem, id *Vincentio Lerinenfi* vindicaffe, XI. argumentis vfum.

Baum-

Baumgarten quoque in Erleuterungen der ſymboliſchen Bücher unſerer Kirche §. 16. fuſe oſtendit, Athanaſium non fuiſſe illius auctorem. —— *Valeſii* Obſſ. eccleſiaſt. in Socratem et Sozomenum lib. I. de magno Athanaſio in *Reading* edit. Euſebii, Socratis, etc. hiſtor. eccles. tom. I. nr. 7 pag. 383. ſqq. Sed de bono Athanaſio etiam noſtra aetate in vtramque partem disputari ſolet. Conf. quos laudant *Fabric.* l. c. *Hamberger.* in Z. N. vol. II. pag. 778. ſqq. et in kurzen Nachrichten, tom. I. pag. 720. *Saxe* in Onom. I. pag. 395 ſq.

§. 21.

ANTONIVS, nat. a. C. 251. denatus 356. homo litterarum et eruditionis rudis, et in deſertis commoratus, princeps fuit Monachorum, atque inuentor clauſtrorum, quae coenobia vel Monaſteria vulgo vocantur. *Fabr.* B. Gr. vol. VIII. p. 344. ſqq. *Sax.* I. pag. 396.

Doctior et maioribus meritis illuſtrior fuit *Serapion*, Monachus, dein Thmuitanus in Aegypto epiſcopus, at Athanaſii defenſor. mort. circ. a. 358. ſcripſit aduerſus Manichaeos. Eius liber graece primum in lucem editus eſt cum interpretat. *Fr. Turriani*, S. I. in *Henr. Caniſii* lectionibus antiquis, cura Basnagii. vol. I. Amſtel. 1725. fol. n. 3. v. *Fabricii* B. Gr. vol. VIII. pag. 191. *Hambergeri* Z. N. II. pag. 731. ſqq. *Saxe* Onom. I. pag. 402.

§. 22.

MACARIVS

1. Magnus Aegyptius, Antonii discipulus, Monachus et tandem Presbyter Scitensis, obiit circ. a C. 391. nonagenarius. Sub nomine illius circumferuntur *Homiliae quinquaginta*, primum editae Paris. 1559. 8. apud Guil. Morelium, et nouissime graece ac lat. a *Io. Georg. Pritio*, Lipsiae 1698. 8. tum tribuuntur Macario *septem opuscula ascetica* et *apophthegmata*, graece et lat. primum in lucem prolata a *Petro Possino*, in eiusdem thesauro ascetico, Paris. 1684. 4. tum auctius a *I. Bapt. Cotelerio*, in Monument. eccl. graecae, Paris. 1677. 4. Tom. I. pag. 524. et a *Pritio*, Lipsiae 1699. 8. Vtraque Pritii editio nouam Epigraphen, *Macarii Opuscula*, accepit Lipsiae 1714. 8. vt haec coniunctim denuoque typis repetita viderentur.

2. *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 492. *Hamberger*. Z. N. Vol. II. pag. 85. *Saxe* Onom. I. pag. 397. *Io. Sal. Semleri* Specimen examinis critici operum, quae circumferuntur, Macarii, Halae Sax. 1745. 4. *eiusdem* specimen animaduersionum in aliquot opera graeca Macarii ibid. 1746. 4. *Baumgart*. Nachricht von einer Hallischen Bibl. vol. V. pag. 420. not.

3. Diuersus est *Macarius*, minor, Alexandrinus, Monachus et Abbas Nitriensis, qui centenarius vitam finiuisse dicitur a. C. 404. v. *Fabric*. l. mem. pag. 495.

§. 23.

§. 23.

DIDYMVS, Alexandrinus: licet ab anno aetatis quarto visu priuatus, acumine tamen, meditatione et auscultatione animique intentione in artibus tam reconditis quam in medio positis insignem facultatem et nominis famam, quam vitae sanctitate auxerat, nactus est, vt a. C. 335. auctore Athanasio, Catechetae, h. e. Professoris theologiae, munus obtineret, eiusque verba in controuersiis Arianis magnum haberent pondus. Tandem illum a. C. 393. animam efflasse, probabilis est sententia. E multis, quae condidisse perhibetur, scriptis, pauca supersunt; n. liber de Spiritu S. isque ex interpretatione latina Hieronymi; breues enarrationes in epistolas canonicas, et liber aduersus Manichaeos (edit. gr. ac lat. in *Canisii* Lection antiq. edit. Basnage, tom. I. p. 197.) etc. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VIII. p. 351. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 899. adde: Veterum testimonia de Didymo, Alexandrino coeco, ex quibus tres libri de Trinitate nuper detecti eidem asseruntur. *Ferdinandus Mingarellus*, theologus Camalduensis, collegit atque animaduersiones adiecit, Romae 1764. 4. et cl. *Saxii* Onom. I. p. 399.

§. 24.

De THEODORO, Heracleensi in Thracia episcopo, subtili Ariano, qui eam ob caussam a. 347. ex decreto Synodi Sardicensis munere se abdicare iussus erat, v. *Fabricii* B. Gr. Vol. V. pag. 412. *Saxii* On. I. p. 401.

Eusebius, diuersus ab iis, quos §. 18. memoraui, episcopus, num vero Alexandriae, an in alia vrbe id muneris gesserit, haud liquet. vide *Lequien* ad vol. II. Operum Damasceni pag. 666. Ex cod. Bodleiano *I. Guil. Ianus* edidit et latine vertit τȣ̃ μακαρίȣ Ἐυσεβίȣ ἐπισκόπȣ (Ἀλεξανδρείας) λόγος περὶ τῆς ἡμέρας Κυριακῆς. Lipsiae 1720. 4. In praefatione agit de hoc Eusebio eiusque aetate, eumque ante a. 386. vixisse contra Lequien, qui eius aetatem collocat in saec. V. aut VI. ex hac ipsa oratione demonstrat. v. Acta eruditor. germanice scripta, tom. VI. part. 68. pag. 587. sqq.

§. 25.

CYRILLVS.

1. Primum Diaconus, dein Presbyter, denique, qua vero in prouincia varias vicissitudines et calamitates senserat, episcopus *Hierosolymitanus* a. 350. obiit a. C. 386.

2. Opera eius et locupletissime et ad libros tam scriptos quam editos curate recensa prodierunt graece et latine, cum notis *Tho. Milles*, Oxon. 1703. fol. et adhuc praestantius gr. ac lat. cum notis; dissertatt. atque indicibus cura *Domini Antonii Augustini Touttée*, (Maran. qui operam inceperat, labori erat immortuus,) Paris. 1720. fol. v. Acta Sanctorum m. Mart. Antwerp. 1684. fol. vol. II. vbi auctores putant, eius catecheses ab ipso habitas esse; ab aliis vero calamo exceptas. Atque catecheses eius esse genuinas, (quod multi negant,) probare studuit *Zaccaria* in dissertatt. latinis de rebus ad historiam atque antiquitates ecclesiasticas

clesiasticas pertinentibus, Fuligni 1781. min. 4. tom. I. pag. 188. — Opera Cyrilli, secundum edit. Touttée germanice vertit notisque (in quibus Protestantes horumque placita oppugnat,) illustrauit *Io. Mich. Feder*, Prof. theologiae Wirzburg. Bambergae et Wirzburgi 1786. 8. cum vita Cyrilli: qui quidem testis est doctrinae publicae sui temporis locuples. A veteribus vero haud frequenter citatur, quoniam Nicenae de ὁμεσίῳ sententiae minus fauebat; nec a recentioribus crebro vsurpatur et recensetur, quia Protestantes in primis superioribus saeculis eius catecheses habebant suspectas. *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. p. 543. sqq. *Hambergeri* Z. N. II. pag. 833. sqq. *Saxii* On. I. pag. 403. de vtraque edit. et de Cyrillo copiose agitur in *Baumgartenii* Nachr. von merkw. Büchern, tom. XI. pag. 153 — 172. adde ib. pag. 330.

§. 26.

EVNOMIVS.

1. Obiit post a. Ch. 392.

2. Cappadox, primum Diaconus Antiochenus, dein a. C. 360. episcopus; princeps factionis *Anomoeorum;* at propter errores, quos propugnauit, ter in exilium missus est.

3. Scripsit Expositionem f. Confessionem fidei et Apologeticum: — *Confessio fidei*, gr. et lat. interprete *H. Valesio*; item prologus et epilogus apologiae *Eunomii*, gr. et lat. interpr. *Whartono*, et *Eunomii* scholion, latine interprete *Franc. Turriano* in *Canisii* Lectt. antiq. ed. Basnagii, tom. I. pag.

pag. 172 sqq. — *Apologeticus* gr. ac lat. interprete *Iac. Fabricio*, in *I. Alb. Fabricii* B. Gr. vol. VIII. pag. 262—305. et p. 253 sqq. Cyrilli ἔκθεσις πίστεως gr. et lat. a *Valesio* in not. ad Socratis H. E. V. 10. et *Baluzio* in noua collect. Concilior. tom. I. pag. 89. antea publicata. *Fabr.* ibid. a pag. 248. cap. 23. libri V. de *Eunomio* et aliis quarti saeculi haereticis latius differit. conf. *Gothofredi* diss. ed. Philostorgi subiectas, pag 167 sq. 244 sqq. inprimis pag. 251 sqq. 318 sqq. de eius scriptis pag 344 sqq. 355. 357 sqq. et pluribus locis, de eius fatis atque controuersiis. adde *Saxii* On. I. p. 412. *Hambergeri* Z. N. II. p. 897. *Whiston* anglice vertit in Primitive Christianity reviv'd. Lond. 1711. vol. I. vid. Baumgart. Nachr. von e. Hall. Biblioth. IIII. p. 237 sq.

4. Exeunte saeculo quarto floruerunt quoque *Proaeresius*, Sophista Christianus, praeceptor Basilii, et Gregorii Nazianzeni; *Apollinaris* siue *Apollinarius*, *pater*, presbyter Laodicenus, rhetor et grammaticus; *) eiusque *filius*, episcopus Laodicenus

*) Nota est eius *interpretatio Psalmorum*, versibus heroicis, edita graece Paris 1552. 8. apud Adr. Turnebum, (in calce est varia lectionis scriptura,) gr. et lat. cum lexico Nic. Gulonii, curante *Io. Benenato*. Paris 1580. et 1613. 8. — cum versione per Frid. Sylburgium castigata, et quibusdam *Dau. Hoeschelii* notis subiunctis, Heidelberg. apud Commelin. 1596. 8. — gr. et lat. in tom. XIIII. bibl. Patrum, Paris 1644. 1654. in *Gilb. Cognati Nozereni* Opp. Basil. 1562. fol. — At ab quibusdam V. D. habetur spuria: v. *Fabr.* B. Gr. vol. VII. pag. 666 sqq. cap. 16. in quo a pag. 658. de Apollinari, Nonno aliisque poetis gr. Christianis agitur, atque *Baumgarten*

cenus, philofophus, rhetor et grammaticus, auctor haerefeos *Apollinariftarum*; *Titus*, epifcopus Boftrenfis Arabiae; *Nemefius* Epifcopus Emefenus in Phoenicia, philofophus et theologus; *Gelafius*, Caefarienfis Palaeftinae epifcopus; *Euagrius*, Ponticus, diaconus Conftantinopolitanus; *Theophilus*, epifcopus Alexandrinus, ingenii potius quam animi et integritatis laudibus clarus, denatus a. 412. *Ioannes* Hierofolymitanus poft Cyrillum epifcopus a. 386. mort. 417. (vid. *Hamberg.* Z. N. III. p. 57 fqq. *Saxii* On. I. p. 448.) *Sophronius*, Hieronymi familiaris; *) *Arfenius*, monachus, Honorii et Arcadii praeceptor; *Theodorus*, Mopfueftanus, in Cilicia fecunda ab a. 394. epifcopus: **) *Afte-*

garten in Nachr. von merkw. Büchern, tom. VII. pag. 99 fqq tom. XI. pag. 106 fq. tom. X. pag. 49. et tom. VIII. pag. 49 fq. de erroribus *Apollinaris filii.* adde *Saxii* Onom. I. pag. 417. de patre ad a. 362. et de filio pag. 424. ad an. 365.

*) Diuerfus eft *Sophronius*, patriarcha CPolitanus, faec. XVI. anno IX. quem quidem *Fabr.* B. Gr. vol. VIII. p. 198 fq. vmquam fuiffe in viuis dubitabat: verum *Lambacher* in diff. fubiuncta eius Bibliothecae Vindobon. ciuicae pag. 25 fqq. contrarium docuit ex epiftola MSt. ad Georgium Polum, et quam emendatam graece cum fua verfione latina publicauit.

**) *Theodori* fragm. VII. e quibus V. priora ex libro eius contra Iulianum funt memorabilia, e MS. Vatic. catenae in Lucam fecundum exemplum Corfini in bibl. Corfini dedit *Münter* in fragm. patrum graec. I. nr. 4. Cenfor tamen quaedam emendauit in ephem. litter. Götting. a. 1788. plag. 124. pag. 1245 fq. — Praeter *Fabr.* B. Gr. vol. IX. pag. 153 fqq. et *Saxii* Onom. I. pag. 455. conf. *Le Bret* de fragmentis The-

Asterius, Amasenus Ponti episcopus circ. a. 400. de quibus Fabricius, Hambergerus, Saxe aliique copiosius egerunt. De quibusdam aliis, qui intra hoc temporis spatium nominis famam docendo et scribendo consequuti sunt, paullo curatius disseremus.

§. 27.

GREGORIVS NAZIANZENVS *)

1. Vsura lucis primum frui coepit a. C. 31$\frac{2}{8}$. animam efflauit a. C. 391.

2. Postquam Caesareae in Palaestina, Alexandriae et Athenis in litteras diligenter incubuit, primo Sasimiorum, in vili oppido Cappadociae, episcopus, tum ab a. C. 378. episcopus Constantinopolitanus, insignis theologus et poeta. In Iulianum Apostatam duas orationes inuectiuas, praeter ea multas orationes, epistolas et carmina reliquit.

3. Ora-

Theodori Mopsuestini, progr. Tubingae 1790. 4. *Iablonsk.* ep. ad De La Croze in Thesauro epistol. La Crozian. tom. I. pag. 194 sqq. qui probare sustinet, *expositionem fidei*, quae inter Opp. Iustini Martyris edita est, auctorem habere Theodorum Mopsuestenum, et *Schroekh* in Christl. Kirchengeschichte, part. XV. Lipsiae 1790. pag. 176 — 218. de vita, scriptis et doctrina Theodori Mopsuesteni

*) De Nazianzo in Cappadocia, vbi Gregorius noster praecipue educatus et edoctus, eiusque pater episcopus fuit, v. *Wesseling* ad Hieroclis Synecdemum in veter. Romanor. itineribus pag. 700. vbi etiam pauca contra *Baronii* vitam Gregorii, a Papebrochio IX Maii, Act. Sanct. tom. II. Antwerp. 1680. editam, disputat.

3. Orationes lectissimae XVI. graece, ex edit. *Marci Musuri.* Venet. in aed. Aldi et Andr. Soceri. 1516. 8. — Orationes IX elegantiss. et *Gregorii Nysseni* liber de homine, graece, omnia nunc primum emendata et in lucem edita. Venet. in aedib. her. Aldi. 1536. 8. v. Serie dell' ediz. Aldine, pag. 40 et 70. ibid. pag. 25. memorantur *Gregor. Naz.* diuersa poemata cum lat. tralatione, Venet. ex Aldi academia. 1504. 4. —— eadem, a *Io. Langio*, gr. et lat. Basil. ap. Oporin. 1567. 8. — Epist. plures cum Basilii epist. vid. ad §. 28. — Plura opuscula iunctim edita sunt, graece, ita vt in fronte etiam graeca sit inscriptio. Basil. ap. Io. Heruag. 1550. fol. Nulla praefixa est praefatio, in meo quidem exemplo: Wolfgangus tamen Musculus curasse illam dicitur. Atqui versio latina Musculi, Mosellani et Pirkheimeri. ibid. eodem anno separatim prodiit. v. *Fabr.* VII. B. Gr. p. 510. Initium graecae editionis fit a Gregorii vita, a Gregorio πρεσβυτέρω scripta: tum sequuntur 51. eiusdem Gr. Nazianz. opuscula; dein epistolae; denique carmina sacra et tragoedia *Christus patiens.* *) — E multis variorum opusc. latine versorum editionibus antiquis a *Lambachero* in bibl. ciuica Vindobon. pag. 88 sqq. memoratis, faciam mentionem rarissimae plurimisque ignotae edit. *S. Greg. Nazianz.* oratio *de officio episcopi,*

*) De hoc dramate siue potius centone ex aliquot centenis Euripidis versibus, quos auctor de sex tragoediis desumsit, Hippolyto, Medea, Bacchabus, Rheso, Troasin atque Oreste, grauiter iudicat *Valcken.* in praef. ad Eurip. Hippolyt. pag. XI. nec putat, Gregor. Nazianz. monstrosi istius foetus esse patrem.

episcopi, (s. apologeticus maior de fuga sua,) *ex versione Bilibaldi Pirkeimeri.* Norimbergae 1529. 8. Hic apolegeticus maior inter ceteras, quas verterat Pirkheimerus, iunctim editas Basileae, 1531. non reperitur. Hinc fere omnes nonnisi XXXVIII orat. Nazianz. ab illo versas tantum numerant, quum tamen sint XXXIX. — Plenior est editio *Iac. Billii*, qui *Gregorii Naz.* opp. cum msstis regiis contulit, emendauit et interpretatus est, cum doctiss. Graecorum *Nicetae Serronii*, *Psellli* et *Eliae Cretensis* commentariis. Paris 1609. et 1611. — Aucta est haec editio quammultis eiusdem Gregorii epistolis numquam antea editis, ex interpret. *Fed. Morelli.* Paris ap. C. Morellum. 1630. fol. II. tom. — quae editio vitiose recusa est, Coloniae, siue potius Lipsiae, 1690. fol. —

Posthaec prodierant *poemata plurima*, graece, cum versione latina et cum notis grammaticis, gallice scriptis, Dionysii Gaullyer. Paris. 1718. 12. — *carmina cygnea* inedita, cum notis *Iac. Tollii*, in eiusdem Insignibus itinerarii italici, Traiecti ad Rhenum 1696. 4. p. 1 - 105. — *carmina* s. *epigrammata* CCXXVIII. cum notis *Ludou. Anton. Muratorii*, inter huius Anecdota graeca, Patau. 1709. *) quae inutiliter recoxit *Angel. Maria Bandini* in *graecae ecclesiae monumentis*, Florent. 1762. 8. vol. II. pag. 113 sqq. at vol. III. ad maiorem fructum descripsit bibliothecae mediceae codicem, quo Gregorii Nazianzeni orationes, et nondum vulgati aliquot *Basilii*, *Apollinaris* et aliorum commentarii continentur. — Omnia haec, quae

*) conf. thesaur. epistol. La-Crozianum, tom. II. p. 30.

quae Billius, Tollius et Muratorius vulgarant, continet editio *Operum S. Gregorii*, quae notis illuftrata, gr. et lat. lucem vidit, Venetiis 1753. fol. II. Voll. — *In Iulianum inuectiuae duae*, cum fcholiis graecis, nunc primum editis, et eiusdem authoris nonnullis aliis. Omnia ex bibliotheca Henrici Sauilii, edidit R. *Montagu.* Etonae 1610. 4. —

Oratt. in feftum Pentecoftes et natalem diem Iefu Chrifti, gr. Lipfiae 1740. 8. — Definitiones etc. a *Io. Leunclauio* lat. verfi et cum aliis opufculis Gregorii editi Bafil. 1571. fol. — a *Dau. Hoefchelio*, gr. et lat. Heidelbergae 1591. 8. de qua rara edit. et de Gregor. Nazianz. atque Hoefchelio copiofus eft *Freytag* in adparatu litterar. III. pag. 583 fqq. — gr. et lat. ex verfione Io. Leunclauii etc. cura *Ad. Rechenberg.* Lipf. 1678. 8. — Duo poemata *Gregorii Naz.* theologi; alterum de virtute hominis; alterum de vitae itineribus, et vanitate rerum huius feculi. (graece) fcholiis explicata per M. *Stanislaum Grepfium*, academ. Cracouienfis Profefforem. Cracouiae. Lazarus Andreae excud. 1565. 8. v. *Ianozki* de libris rarior. Polon. in bibl. Zalusk. part. V. pag. 212 fq. — binae orationes; gr. et lat. varias lectiones, commentarium duplicem et fcholia numquam antea edita ex codd. msstis biblioth. S. S. fynodi Mosquenfis adiecit *Chr. Fr. Matthaei*, (tum Prof. Mosquenfis) Mosquae 1780. mai. 4. Prior oratio eft in editionibus orat. XLI. et pofterior, orat. VI. Idem doct. *Matthaei* donauit biblioth. Dresdens. electorali cod. mst. bombyc. faec. X. qui tres Gregorii Naz. orationes continet; et cod.

 membran.

membran. faec. XI. II. oration. cum commentario amplo, nondum edito, atque orat. *εις τα Φωτα*, cod. membran. faec. X. aut XI. — cod. Opp. et alius cod. fcholiorum in Greg. Naz. in biblioth. Caefen. v. vol. I. pag. 103. catalogi.

Nouiffima editio eft: *S. Patris noftri, Gregorii Theologi, vulgo Nazianzeni,* archiepifcopi CPolitani, *Opera omnia*, quae exftant, vel eius nomine circumferuntur, ad msstos codd. Gallicanos, Vaticanos, Germanicos, Anglicos, nec non ad antiquiores editiones caftigata, multis aucta. — opera et ftudio monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. tom. I. Paris. 1779. fol. Plures tomi, quantum equidem fcio, non exierunt praelo. At iam fub exitum fuperioris faeculi patres Benedictini promiferant editionem Gregorii operum. Atque parare illam inceperat Don Iac. du Frifche; cui fuccefferant D. Franc. Louvart, et Dom. Prud. Maran: quibus mortuis, opus abfoluit *Dom. Car. Clemencet*, cui plurima debemus, et qui collectanea fuperiorum variasque lectiones in ordinem redegit aliaque addidit. Neque tamen codices Florentini funt collati. Editores autem Gregorium nimis curiofe, nec tamen femper pari felicitate, defendunt a Tollenii accufatione, a ftili acerbitate contra aduerfarios fumta; a Beuerigii ac Muratorii actione, Gregorium non perpetuo vixiffe coelibem, et ab aliorum obtrectatione, eum contra inftituta ecclefiaftica tribus locis fuiffe epifcopum. Ipfi vtuntur acri fcribendi genere contra illos V. D. fuumque Gregorium, tamquam hominem, ab omni vituperatione notaque immunem, nimio cultu profequuntur:

tur: eius orthodoxiam in doctrinis de peccato, quod vocatur, originali, diuina gratia et sacra coena praedicant: (v. tamen in *Stollii* Nachricht — von den — Kirchenvätern cap. XX. in quo de Gregorio Nazianz. eiusque operibus, singulorum versionibus, editionibus etc. agitur, pag. 415. 417 sqq. 423 sqq. 431 sqq.) Iidem editores vitam Gregorii ex eius operibus diligenter exponunt, et singulis λογοις siue orationibus praemittunt monitum, siue criticam atque historicam commentationem. In praefatione ad VIImam orationem de fratre nostri, *Caesario*, eiusque suppositiis dialogis bene pleneque disserunt. In comment. ad orationes IV. V. et XXIV. omnem operam, quamquam frustra, adhibent ad Gregorium a studio partium vehementique animi motu defendendum. In notis vt plurimum indicant lectionis varietatem, iudicio tamen rarius addito; parce autem sententias verbaque explicant.

Kürzere Briefe des h. Gregors von Nazianz, nach dem Griechischen, von *Io. Ios. Freyh. von Buol*. Viennae 1776. 8. — *Greg. Nazianzenii* breuis geographiae ex cod. Neapolitano descriptae, editionem cel. Heerenius in litteris ad me datis promisit: quod vt faciat, quisque optabit.

4. Ipsius Greg. carmen de vita sua, (v. Acta Sct. l. mem. et in suppl. ibid. pag. 657 sqq.) Plura vide in *Fabricii* B. Gr. vol. VII. pag. 507 sqq. vol. VIII. pag. 763. vol. XIII. pag. 797. *Hambergeri* Z. N. pag. 850 sqq. et kurze Nachrichten vol. I. pag. 757 sqq. *Saxii* Onomast. I. p. 420 sq. Laudatur, et criticae peritissimus habetur ab *H. Valesio* de critica, lib. I. cap. 24. pag. 172 sq.

§. 28.

BASILIVS MAGNVS

1. Vita frui coepit circ. A. C. 316. et secundum Pagii rationes apud *Saxium* l. m. pag. 422. defunctus est a. C. 380.

2. Artes liberales arripuit primum Antiochiae, deinde duce Libanio, Sophista, Constantinopoli, denique Athenis, Himerio et Proaeresio magistris vsus. Itinere in Aegyptum peracto, in patria sua, Neo Caesareae in Cappadocia, primum lectoris, tum diaconi, dein presbyteri prouinciam administrauit; tum monasticam sectatus vitam, in solitudinem secessit; denique, controuersiis et dissidiis inter illum et episcopum Eusebium compositis, ab hoc socius muneris adsumtus est, cui a. C. 371. successit. Vir probus fuit et doctus, et Gregorii Nazianzeni familiaris.

3. Scripsit Homilias, Epistolas CCCCXXVIII. de Spiritu S. librum ad Amphilochium aliaque theologici potissimum argumenti. *H. Valesius* de critica, libr. I. cap. 25. pag 173. subiecto eiusdem Emendationibus, Basilio abiudicat libellum de grammatica; contra vindicat ei commentarios in Esaiam, notatque Erasmum Roterod. secus sentientem; Basilii quoque in criticis peritiam praedicat. Non infrequens Xenophontis imitator dicitur ab *Hemsterhusio* ad Luciani dial. mortuor. tom. I. ed. Reitzii, pag. 453. a. et pater eloquentiae mus, ibid. pag. 389. vbi itidem quidam illius locus emendatur

4. Princeps ed. multorum opusc. gr. ex recogn. Des. Erasmi Roterod. Basil. apud Froben. 1532.

1532. fol. v. *Clement* Bibl. cur. etc. II. p. 48 sq. — Opera omnia, nunc primum graece et latine coniunctim edita, cum MSS. collata etc gr. et lat. cum notis in appendice. (cura *Fronton. Ducaei* et *Fed. Morelli*,) Paris. apud Claudium Morellum 1618 fol. recusa, at minus curate atque eleganter, Paris. 1638. fol. — Opera omnia, quae extant, vel quae eius nomine circumferuntur, ad libros MSS. et editos castigata, multis aucta, noua interpretatione, praefationibus, notis, variis lectionibus illustrata, noua sancti doctoris vita et indicibus locupletata, opera et studio *Domni Iuliani Garnier*, Presbyt. et Monachi Benedictini e Congreg. S. Mauri, Paris. Tom. I 1721. — II. 1722. — III. 1730. fol. — Quaedam opuscula vel iunctim, vel separatim edita sunt v. plures edd. in *Maittaire* A. T. indic. voc. *Basilius*. — *Epistolae*, in epistolis graecis, Venet. apud Aldum 1499. *) et Geneu. 1606. fol. — Alias epistolas e cod. Bilibaldi Pyrckheimeri edidit *Vincentius Obsopoeus* in fasciculo: *Basilii M.* et *Gregorii Nazianzeni*, Theologorum, epistolae graecae, numquam antea editae. graece. Haganoae per Io. Secer. 1528. 8. — Orationes s. conciones de vita et moribus, excerpta et selectae ex libris suis, industria *Simeonis*, Magistri et Logothetae. Graece. Paris. G. Morel. 1556. 8. — Eaedem gr. et lat. ex vers. *Stanislai Ilouii*, Francoford. 1611. 8. — aduersus Eunomium libri IV. gr. v. supra de Athanasio, §. 20. — SS. Basilii M. Gregorii Nysseni, Gregorii Nazianz. Io. Chrysostomi, Cyri Germani Homiliae, a *Dauide Hoeschelio*, gr. Augustae.

*) v. *Fossii* catal. — bibl. Magliab. I. p. 270.

guſtae. 1587. 8. — Editionem rariſſimam: *Baſilii M. Opp. a Raphaele Volaterrano in latinum conuerſa,* Romae. Iac. Mazoch. 1515. fol. II. vberius deſcribit *Lambacher* in bibl. antiqua Vindobon. ciuica pag. 83 ſqq. Fabricius enim aliique edit. Paris. a. 1520. pro omnium prima habuerunt. Ibi aliae antiquae verſionis lat. editiones recenſentur. — Nullus tamen fere liber Baſilii frequentius ſub praelo ſudauit, quam *oratio de legendis gentilium libris:* quam ex interpretatione *Leonardi Aretini* latina, ſaepe, at diuerſis titulis inſtructam prodiiſſe, adnotauit *Freytag* in adpar. litterar. tom. II. pag. 846 ſq. et quasdam memorat editiones, quarum quaelibet alium prae ſe fert titulum, n. *Bonon.* 1497. cum libello, de inuidia, *Nicolao Perotto* interprete, et cum Cenſorino aliisque auctoribus, (v. *Foſſii* catal. codd. ſaec. XV. — bibl. Magliabech. I. pag. 271.) *Brixiae* per Boninum de Boninis de Raguſia, cum aliis opuſculis 1485. 4. Paris 1543. 8. tum ed. ſine loco et a. *Baſilii M. liber* de ſtudio poetarum et oratorum, quo pacto qualiterque legi debeant, (Lipſiae ſub finem ſaec. XV.) *per Arnoldum de Colonia:* quae editio etiam eſt in bibl. Neoſtad. ad Aiſſum. v. *Schnitzer* Kirchen-Bibl. zu Neuſtadt an der Aiſch. part II. pag. 24. — *Baſil. de legendis libris ſecularibus.* ſine vlla nota. Vlmae, (ex officina Io. Zainer,) v. *Strauſſ* opera rariora — Rebdorf. pag. 10. et *Zapf* älteſte Buchdruck. Geſchichte Schwabens. p. 152. — *Baſilius* de poetarum, oratorum, hiſtoricorum ac philoſophorum legendis libris cum commentario M. *Io. Honorii cubitenſis*, Lipſiae per Iac. Thanner 1504. 4.

(Eadem

(Eadem ed. prodiit f. l. et a. 4. et Liptzk, h. e. Lipſiae, per Baccalaur. Wolfg. Monacenſem, 1508. fol.) Quibus addi poteſt vetuſtiſſima editio in 4. ſine ſignaturis, numeris, cuſtodibus, Romae, opinor, quam vidi in bibl. Noribergenſi, et incipit, *Leonardi Aretini ad Colucium Salutatum Praefatio:* in altero autem folio incipit: *Magni Baſilii Liber ad iuuenes, quantum ex Gentilium libris ac litteris proficiant.* Neque vero in praeſenti definire poſſum, nec auſim, num eadem ſit editio *Romana*, f. l. et a. in 4. apud *Georgium* (n. Lauerum) quam *Audiffredus* in catal. editt. roman. ſaec. XV. pag. 363. producit: *E magno Baſilio: Leonardi aretini traductio ad Colucium*: Sequitur *E Xenophonte. Leonardi aretini traductio, de tirannide.* — aut cum edit. typis *Adami* (*de Ambergan* forſan,) v. *Denis* A. T. ſupplem. tom. II. pag. 506. – Sub eodem titulo prodiit Venetiis per Bern. Pictorem. *Denis* l. c. I. pag. 90. —— *Baſilii* opus de liberalibus ſtudiis, Mediol. per Philipp. Lauagnam 1477. 4. — ibid. per Vdalricum Scinczenzeller. 1490. 4. — Baſil. de legendis antiquorum libris. Paris. 1494. 4. — Venet. per Io. Tacuinum de Tridino. 1497. 4. — cum epiſtola ad Colucium: cum Petri Paulli Vergerii opere de ingenuis moribus, Florent. ſine anni nota. v. *Foſſium* l. c. p. 271. — ibid. ap. Phil. Iuntam, 1516. 8. — cum ſcholiis Vdalrici Fabri. Viennae Pannon. 1518. 4. v. *Lambacher* l. c. pag. 97 ſq. Haec ad augendam Fabricii notitiam antiquiſſimarum edd. ſufficiant. *) Miſſis igitur

Q 5 reli-

*) De editt. verſionis latinae ab *Aretino* confectae vide *Mazzuchelli* Scrittori d' Italia. vol. II. part. IV.

reliquis editt. aliorumque VV. DD. verſionibus, pauças adhuc, et potiſſimum recentiores boni illius opuſculi editiones memorabo. — graece, cum Cebete, Plutarcho de inſtit. t. puerorum, Xenophontis Hierone, ſine vllis notis typographicis, in 3. quae vero editio Zach. Callierġi, ſaec. XV. cenſetur. v. *Foſſii* catal. laud. pag. 527. — graece cum *Cornarii* lat. interpretatione, Hannov. 1651. 8. — graec. aliquot locis a *Grotio* caſtigatus et latine verſus ille libellus cum *Plutarcho* de legendis poetis praemiſſus eſt ab eodem *Grotio* Excerptis e Stobaeo. Paris 1623. 4. — Eosdem *Baſilii* et *Plutarchi* libellos cum Grotii interpretatione, additis ad voluminis calcem variis lectionibus notisque breuibus edidit *Io. Potter.* Oxon. 1694. mai. 8. — Haec Potteriana editio vna cum nouis *Io. Henr. Maii* filii adnotationibus, et adiecta in calce Leonardi Bruni verſione, recuſa eſt Francof. 1714. 4. — Textus Potterianus graecus, ſine verſione latina notisque in vſum ſcholarum, (curante *Io. Tob. Krebſio,*) typis repetitus eſt Lipſiae 1779. 8. — Nouiſſima, docta et pleniſſima eſt editio:

Baſilii Magni ad adoleſcentes oratio de modo e literis graecis vtilitatem percipiendi. Graece, cum Iuliani Garnierii et Frontonis Ducaei animaduerſionibus edidit, praecipuam varietatem lectionis notauit, paſſim emendauit, notis et indice illuſtrauit M. *Frider. Guil. Sturz.* Gerae 1781. 8. Adiecta eſt in calce *Io. Tobiae Krebſii* prolus. qua lectio

pag. 2208. et de *Leonardo Aretino* qui egerunt, plures laudat *Freytag.* in adparatu litter. tom. II. pag. 844 ſq.

lectio auctorum veterum e Basilii M. disciplina commendatur, quae primum prodiit Lipsiae 1772. 4. tum repetita est in *Krebsii* Opusculis academicis et scholasticis denuo recognitis. Lipsiae 1778. 8. pag. 398 – 420.

Apollon. Alexand. περὶ συντάξεως — et *Magni Basilii* περὶ γραμματικῆς γυμνασίας, *de grammatica exercitatione.* Florentiae in aedibus Phil. Iuntae, 1518. 8. v. *Bandini* Iuntarum typographiae annales, part. II. pag. 98 sq.

Liturgiae *S. Basilii M, S. Gregorii* Theologi et *S. Cyrilli* Alexandrini, ex arabico latine conversa a *Victorio Scialach.* Augustae Vindelic. 1604. 4. —— adde infra §. 34. in cat. edd. Ioan. Chrysostomi.

Io. Garnerius in edit. Opp. Basilii tom. III. pag. 65 ediderat ex codd. fragmentum Basilii epistolae ad Theodoram Canonicam, graece cum versione latina. Illam epistolam integram, at ex latina incerti cuiusdam veteris interpretatione, rudi quidem, sed fida, ex cod. membran. saeculi XIII. bibliothecae monach. congregationis Casinensis, Florentiae, (qui codex eiusdem Basilii ascetica plura complectitur, ab eodem vet. interprete latine versa,) euulgauit *Petrus Aloysius Galletius*, Abbas, in (Amadutii) Anecdotis litterariis vol. I. Romae 1773. 8. pag. 27 sqq. —

Oratio de humana Christi generatione, graece et lat. ex recensione Iuliani Garnier. In sectiones primum descripta, noua versione, argumento et notulis aucta a *Io. Bened. Carpzou.* Helmst. 1756. 4. — De Synisactis commentariolus in *Angeli Mariae Bandini* graecae ecclesiae monimentis, Florent.

Florent. 1762. 8. Vol. III. — Io. Xiphilini et *Basilii M.* orationes, ex var. codd. edidit et animadv. adiecit *Christi. Frid. Matthaei*, Moscou. 1775. 4.

5. *P. Dominici Schramm* analysis Opp. SS. patrum cet. tom. XII. continens opera, supplementa ad Opera S. Ephraem Syri et S. Basilii — opera omnia, cum duplici indice. Augustae Vindel. 1789. mai. 8. — In aliquot codd. bibl. Mosquensium Synodi reperiuntur orationes Basilii, teste *Matthaei* in catal. illorum codd. MSSt. quem v. potissimum pag. 31. not. et pag. 32 sqq. —— Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. vol. VII. pag. 35. vol. VIII. pag. 60—130. vol. XIII. pag. 797. *Hamberger*. Z. N. II. pag. 804 sqq. et kurze Nachrichten I. pag. 733. *Saxe* Onom. I. pag. 422 sqq.

Io. Georg. Werenberg diss. de prudentia Basilii M. in refutandis haereticis. Lipsiae 1724. 4.

6. Discernendus est a *Basilio Seleucensi*, a. Ch. 447. episcopo: cuius opera prodierunt gr. in bibliopolio Commel. 1596. 8. — gr. et lat. cum not. *P. Pantini*, Paris, cum Gregor. Thaumat. 1622. fol. — Hemsterh. ad Luciani somn. c. 3. tom. I. pag. 6. carpit eum. conf. cod. Mosquens. in *Matthaei* catal. MSS. bibl. Mosq. pag. 36 sq. *Fabr.* B. Gr. VIII. p. 130. *Sax.* I. p. 508 sq.

§. 29.

GREGORIVS NYSSENVS

1. Basilii M. frater, minor aetate; at ingenio, doctrina litterisque propemodum par et aequalis. Circa a. C. 372. Nyssae in Cappadocia episcopus a fratre Basilio constitutus, anno sequenti

ti ab Arianis ſede ſua motus; at a. C. 378. imperante Valente reſtitutus eſt a Gratiano. Poſt a. C. 394. obiit.

2. Plura opuſcula ſeparatim edita ſunt: E multis a Fabricio iam indicatis pauca memorabo: *D. Gregorii Nyſſeni* opuſcula quinque: 1) de profeſſione chriſtiana. 2) de perfectione, et qualem Chriſtianum eſſe deceat. 3) Anagogica vitae Moyſis enarratio, qua vitae chriſtianae quidam is typus fuiſſe oſtenditur. 4) contra Apolinarium. 5) de fide. Graece nunc primum edita ſtudio et opera *Dauidis Hoeſchelii*, Auguſtani. Lugduni Batau. ex offic. Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. 1593. 8. Eſt nitida et critica editio: in libello de perfectione ſe quaedam ex coniectura correxiſſe, ipſe Hoeſchel. in praef. ait. pag. 181. Hoeſch. quatuor adnotatiunculas ſubiecit: pag. 182. ſqq. addidit catalogum operum Greg. Nyſſeni cum adnotatione, quae manu exarata vel Auguſtana bibl. vel Maximus Margunius, Cytherenſis epiſcopus, vel ipſe Hoeſchelius poſſederint, et quae ex his foras dederit Michael Mangerus Auguſtae. Quae editio quum rara ſit, de quibusdam adſcripta hic repetam: nr. 17. (n. 29. tom. II. Opp. v. *Fabr.* pag. 152) *πρὸς εὐστάθιον.* exſtat inter opera Baſilii M. pag. 333. et recte: ſic enim ad marg. cod. Aug. *ὁ παρὼν λόγος, ὃς καὶ ἐν εἴδει ἐπιστολῆς γέγραπται· πρὸς τινα φιλόσοφον εὐστάθιον τὸν ἰατρὸν ἐγράφη παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγάλου Βασιλείου καθὼς ἀσφαλῶς ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ εὗρον, καὶ οὐ τοῦδε τοῦ Γρηγ. ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἕτερος, ὁ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν πέτρον. καὶ δῆλός ἐστιν*

οὗτος

in Arabiam et in Palaeſtinam transitu; pag. 46-120 doctae copioſaeque Caſauboni notae. Hanouienſi editioni bene addidi ſunt indices: ſed ed. Paris. praeſtat chartae et litterarum nitore. — *Gregorii epiſcopi Nyſſae* oratt. duae, vna de natiuitate, Dom. I. C. altera de S. Stephano, primo martyre: graece: conuerſae in lat. ſermonem a *Ioach. Camerario.* — cum eius notation. Lipſiae in off. Voegelian. 1564. 8. — *Greg. Nyſſeni* de vita Moſis, ſiue de vita perfecta liber, *Georgio Trapezontio* interprete. Viennae Pan. per Victorem 1517. 4. — v. *Zeni* Diſſ. Voſſian. tom. II. pag. 8. ſq. — Cratander in praefat. ad editionem: *Greg. Nyſſeni* myſtica moſaicae vitae enarratio, perfectam formulam viuendi cuilibet Chriſtiano praeſcribens, *Georgio Trapez.* interprete, Baſil. in aedibus Cratandri, 1521. 4. et 1562. 4. profitetur, ſe Viennenſem non aequare modo ſtuduiſſe, ſed et ſuperare, nactum codicem, manu B. Rhenani multis modis notatum caſtigatumque. —

Opera omnia, quae reperiri potuerunt, graece et lat. cum notis, Paris. 1615. fol. I. II. tom. curante *Frontone Ducaeo,* ex officina Niuelliana. — Appendix ad *S.* Gregorii opera graece et lat. non ita pridem euulgata, ex editione et partim interpretatione *Iac. Gretſeri*, ibid. 1618. Adde *Iac. Gretſeri* Opera, Ratisb. 1740. tom. XIIII. part. I. — Editio Niuelliana cum adpendice recuſa eſt, at minus nitide, atque emendate, Paris. 1638. fol. III. Voll. — Antirrheticus aduerſus Apollinarem et alia, graece, cum interpretatione latina et notis *Laur. Alexandri Zacagni*, in eiusdem Collectan. monument. vet. eccl. graecae, tom. I.

pag.

pag. 123. sqq. — Dialogus de anima et resurrectione, graece, cum versione lat. et notis *Io. Christo. Wolfii*, in huius Anecdotis graecis tom. II. pag. 284. — Epistolae septem, graece et lat. cum animaduers. *I. B. Caraccioli*, Florent. 1731. fol. adde ad §. superior. et p. 531. b.

3. *Fabricii* B. Gr. vol. VIII. pag. 143. sqq. vol. XIII. pag. 783. *Hambergeri* Z. N. vol. II. pag. 865. sqq. *Saxii* Onomast. I. pag. 433. Acta Sanctor. m. Martii, 1684. vol. II. eiusque vita ex illius Opp. concinnata est.

§. 30.

EPIPHANIVS

1. Eleutheropolitano Palaestinus, episcopus Constantiae, (quae antea Salamis dicta fuit,) in insula Cypro ab a. C. 367. disciplinae et doctrinae Origenianae aduersarius vehemens. Obiit a. C. 403. Eius iudicium atque scribendi genus haud probatur viris doctis.

2. *D. Epiphanii* — Opera, graece nunc primum in lucem edita. Basil. Io. Oporin. 1544. fol. In hac editione reperiuntur *Epiphanii* Ancoratus, Panarium, Anacephaleosis, ac de ponderibus et mensuris. *) In libello postremo egit quoque Epiphanius de libris et versionibus graecis V. T. — Eidem Epiphanii, si modo auctor est, libellus eiusdem paene argumenti, *de septuaginta interpretibus iisque, qui perperam interpretati sunt* a Montefal-

*) De cod. graeco Veneto D. Marci, qui continet partem *Panariorum*, v. *Villoison* in Anecdotis gr. tom. II. pag. 244 sqq.

tefalconio editus ad calcem prolegom. Hexapl. pag. 86 — 90. conf. *Fabricii* B. Gr. vol. IV. pag. 690. ſq. ibique Scharfenbergii notas.

Epiphanii — ad Phyſiologum. Eiusdem in die feſto Palmarum ſermo. D. Conſali Ponce de Leon Hiſpalenſis — interpretis ſcholiaſtae, bimeſtre otium, Romae 1587. 4. gr. et lat. rec. Antwerp. ex offic. Chriſtph. Plantini 1588. 8. cum figg. et Romae 1601. min. form. Conſal. Ponce de Leon, libellum Epiphanii genuinum eſſe putat: alii dubitant. v. *Fabr.* vol. VII. pag 427 eſt quoque in cod. 257. Naniano in Catal. gr. codd. pag. 449.

— *Epiphanii* — Opera omnia, in duos tomos diſtributa. *Dionyſius Petauius,* Aurelianenſis, e ſoc. Ieſu, ex veteribus libris recenſuit, latine vertit, et animaduerſionibus illuſtrauit. Paris 1622. fol. II. vol'. — Petauius graues nactus eſt aduerſarios, *Maturinum Simonium* et *Claudium Salmaſium.* Contra priorem ſcripſit *Appendicem* ad Epiphanianas animaduerſiones, ſiue elenchum dispunctiuncularum Maturini Simonii de poenitentiae ritu in veteri eccleſia. Paris. Sebaſt. Cramoiſy 1624. 8. — *Salmaſii* obtrectationibus oppoſuit ſex priora capita libri inſcripti: *Miſcellaneae exercitationes,* in quibus ad Solinianos commentarios Claudii Salmaſii quaedam ſcitu non indigna disputantur. Paris. Sebaſt. Cramoiſy. 1630. 4. — Editio illa *Epiphanii* Petauiana Lipſiae ita recuſa eſt, vt, (teſte cenſore in Actis eruditor. Lipſiens m. April. 1682. p. 93 ſq.) noua haec editio veterem plane referret, et plagulae huius nouae editionis re-

ſponderent prioris edit. plagulis, atque acceſſionibus augeretur. Inſcripta eſt.

Epiphanii — cum verſione et animadu. Petauii. *Editio noua*, iuxta Pariſinam a. 1622. adornata, cui acceſſit vita Dion Petauii ab Henr. Valeſio oratione deſcripta, et adpendices geminae pro vindicandis animaduerſionibus, altera aduerſus *Mathurinum Simonium*, altera aduerſus *Claudium Salmaſium*, ab ipſo Petauio antehac emiſſae in publicum. Coloniae (Brandenburgicae) ſumtibus Ierem. Schrey et Henr. Io. Meyeri. 1682. fol. II. voll. De illa Petauii editione et controuerſiis inde ortis plura leges in vita Petauii in *Niceronii* memoriis etc. ex verſione Baumgartenii german. tom. I. pag. 151. ſqq. 157 ſqq. 178. vbi memoratur *Io. Croi* ſpecimen coniecturarum et obſeruationum in quaedam loca *Origenis*, *Irenaei*, *Tertulliani*, et *Epiphanii*, 1632. 8. item pag. 208 et 241. ſq.

S. Epiph. epiſcopi Cypri oratio in ſepulturam corporis Domini. (gr. et lat.) Nunc primum in lucem edita ex bibl. *Simonis Simonidae* (Simonowicz) Samoſci. — Lenſcius typogr. acad excud. 1604. 4. v. *Ianozki* de libr. rar. Polon. in bibl. Zaluſc. part. V. pag. 217. ſqq. qui Fabricii notit. emendat.

Epiphanii ſiue *Philonis Carpathii* interpretatio in canticum canticorum latine ex interpret. *Stephani Salutati*. Paris. Chr. Wechel. 1537. 8.

— commentarius in canticum canticorum. Prodit nunc primum ex antiqua verſione latina, opera et ſtudio *Petri Franciſci Fogginii*. Romae typis Palearini. 1750. 4. Alii *Philoni Carpaſio* eum

eum vindicant commentarium: alii aliter sentiunt. v. quae notaui in *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 751 sq.

Idem *Fogginius* edidit alium librum et in praefat. illius historiam exposuit: *Epiphan.* de XII. gemmis rationalis summi sacerdotis Hebraeorum liber ad Diodorum. Prodit nunc primo ex antiqua versione latina. *) Opera et studio *P. Franc. Fogginii*, qui et notas adiecit. Romae, 1743 4. — De ponderibus et mensuris a. c. 21. graece et lat. et subiuncta antiqua lat. versione, in *Stephani le Moyne* variis sacris, tom. I. pag. 470. — De reliquis singulorum librorum editionibus consule *Hambergeri* Z. N. vol. III. pag. 3. sqq. et kurze Nachr. II. pag. 803. sqq.

3. Adde *Fabricii* B. Gr. vol. VII. pag. 415. sqq. *Saxii* Onom. I. pag. 424.

4. Ab hoc diuersus est *Epiphanius*, monachus Hagiopolita siue Hierosolymitanus, quem *Fabricius* in B. Gr. vol. VII, pag. 417. incertae aetatis auctorem esse iudicauit; sed *Io. Aloysius Mingarellius*, qui in Amadutii anecdotis litterariis, vol. III. Romae, pag 29 sqq. e cod. Naniano primus *Epiphanii Monachi et Presbyteri de vita sanctissimae Mariae* librum, (ex monumentis cum sinceris tum maxime apocryphis dubiisque contextum,) graece, cum sua versione latina notisque vulgauit, in praemissa epistola, scripta Romae cal. Martiis 1774. docet, eum saeculo circiter duodecimo in viuis fuisse Illum eumdemque Epiphanium fuisse quoque, censet Mingarellius, aucto-

 rem

*) Fragm. gr. est in cod. Venet. v. *Villoison* Anecd. gr. II. p. 246.

rem libelli, inſcripti, *Epiphanii* enarratio Syriae, vrbis ſanctae et ſacrorum ibi locorum, editi a *Leone Allatio* in Symmictis libr. I. pag. 48. conf. quoque *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 663. ed. nouae et *Fabricii* codic. apocryph. N. T. pag. 43.

§. 31.

HIERONYMVS, aetatis non vsquequaque certae, ſaeculo quarto non ſuperior, immo potius ſaeculo fortaſſe ſexto aut ſeptimo vixit. Plura de illo docte disputat cel. *Io. Bened. Carpzov*, theologus Helmſtadienſis, qui *D. Hieronymi duos dialogos graecos*, qui ſuperſunt, recenſuit, et cum breuibus Caſp. Barthii, ac Chriſtoph. Daumii: amplioribus autem ſuis (eruditis) nouaque verſione lat. edidit, Altenburgi 1772. 8. qui pag. 177. de aetate illius theologi notatu digna profert. Adde *Fabricii* B. Gr. vol. VIII. pag. 375. ſqq. *Saxii* On. I. pag. 426.

§. 32.

EPHRAIM ſiue EPHRAEMVS

1. Niſſibeno Syrus, Theologus Edeſſenus, circa a. C. 370. floruiſſe videtur, qui ſecundum *Fabricium* in B. Gr. vol. V. pag. 319. (vbi de illo fuſius diſſeritur,) 375. denatus; at diligentiam Fabricii ſuperat *E. Aſſemann* in Prolegg. in primum tom. Ephraem.

2. *S. Ephraem Syrus*, graece. Oxon. 1709. fol. cur. *Ed. Thwaites.* — Pleniſſima editio eſt, *S. Ephr. opera omnia*, quae exſtant graece, ſyriace,

ce, latine, in ſex tomos diſtributa ad MSS. codices vaticanos aliosque caſtigata, multis aucta, noua interpretatione, praefationibus, notis, variantibus lectionibus illuſtrata. — Tom I. II. III. graece et latine, Romae 1732. (ab *Ioſ. Sim. Aſſemannio* incepta) 1743. 1746. fol. Syriace et lat. Syriacum textum recenſuit *Petrus Benedictus* etc. ibid. 1737. 1740. 1743. fol. —

Rariſſima olimque paucis cognita eſt antiquiſſimae verſionis editio, a *Lambachero* in bibl. ciuica. Vindobon. I. pag. 82 vberius deſcripta: — *Ephr.* opuſcula de compunctione cordis, de iudicio dei et reſurrectione, de beatitudine animae, de poenitentia, de luctamine ſpiritali, de die iudicii. absque loci et anni nota. — Forſan eadem eſt, quae in *folio* excuſa dicitur a *Braunio* in notitia de libris bibl. Vdalr. tom. II. Auguſtae Vindel. 1789. 4. p. 45 et a Deniſio: forma enim fol. min. et 4. mai. non ſemper rite dignoſcitur. Eorumdem enim libellorum et verſionis editionem, ſ. l. et a. in fol. item-*Ephr. ſermonem de penitentia*, ab *Ambroſio* (Camaldul.) *e greco in latinum traductum*, Romae, Euch. Silber, ſ. a. nota. nec non eiusdem opuſcula quaedam, ſ. nota l. et a. in 8. (quae editio num eadem ſit, cuius mentionem diligentem quoque fecit Lambacherus, equidem definire nequeo,) memorat *Denis* in A. T. ſupplem. II. pag. 558. in tomo autem I. pag. 286. *Ephrem Syri* ſermones ex traductione *Ambroſii* (Trauerſarii Camaldul.) *Monachi*, Brixiae per presbyterum Baptiſtam Farſengo. a. 1490. 4. de reliquis v. *Fabric.* l. cit. — In bibl. Anton. Can-

tacuz. fuerunt variae oratt. msstae. v. noua varior. libr. collectio pag. 440.

3. Adde *Hambergeri* Z. N. II. pag. 799. sqq. *Saxii* Onom. I. p. 427. cl. *Pfeifferus*, filius, P. LL. OO. nostras, syriaca, in epitomen redacta, fecit theotisca, II. Vol. 8. *Io. Christoph. Coleri* diss. de Ephraemo et Io. Damasceno, Syris. Wittebergae. 1714. 4. — *Stolle* de scriptor. eccles. saepe laudatis pag. 343 sqq. — *Zornii* diss. in Miscell. Groning. fasc. II. — adde supra notata §. 28. n 5. Thesaur. epistol. La Crozian. tom. I. pag. 21. — Gregor. Nyssenus scripsit ἐγκώμιον εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Ἐφραίμ, Opp. tom. III. pag. 595 — 616. Paris. 1638. sed de eius vitae ortu, educatione etc. nihil memorat. Neque plena est veraque de eo narratio in Actis sanctor. m. Febr. n. 1. — Primas vitae Ephr. pragmaticae lineas duxit *Gaab* in Pauli, Prof. Ienensis, Memorabilibus, vol. II. Lipsiae. 1792. nr. V. —

4. Non miscendus est ille cum *S. Ephraimo*, minore, patriarcha Antiocheno, circi a. 530. v. *Saxii* Onom. II. pag. 37. sq.

§. 33.

AMPHILOCHIVS

1. Cappadox; Iconii Lycaoniae episcopus, Arianis aduersarius, contra quos vt Theodosius Aug. edictum promulgaret, a. C. 381. effecit. A. C. 394. interfuit Concilio Constantinopolitano. Num, quae adhuc illius nomine circumferuntur scripta, nostro, an iuniori Amphilochio sint adferenda,

renda, res dubia est. Oudinus quidem iuniori tribuit illa.

2. SS. Patrum *Amphilochii* Icon. *Methodii* Patarensis, et *Andr. Cretensis* opera omnia, quae reperiri potuerunt. Nunc primum, magnam partem tenebris eruta, latine reddita ac recognita, notisque illustrata, opera et studio *Franscisci Combefis*. Paris. 1644 fol. — Epistola ad Seleucum de recta studiorum et vitae ratione versibus iambicis scripta graeco-latina, interprete et editore a. 1695. *Antonio Wernero Canone* — cum notationibus Iac. Billii et Francisci Combefisii, addito *Greg. Nazianzeni* carmine XXXIII. de libris biblicis; recusa pro recitation. publicis *D. Io. Balt. Bernholdi*, Altorph. 1740. 8. Orationem quamdam primum edidit *Matthaei*, vide §. seq.

3. De reliquis v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 500. *Hamberger*. Z. N. II. pag. 868. *Saxii* Onom. I. pag 440.

§. 34.

IOANNES, ob oris suauitatem et eloquentiae vim CHRYSOSTOMVS cognominatus.

1. Natus est a. C. 354. denatus a. 407.

2. Antiochiae in Coelesyria ab parentibus idolorum cultoribus natus, et a Libanio arte orandi eruditus, cum matre, annum XXIII. agens, a Meletio, episcopo Antiocheno, beneficio lauacri sacri religioni christianae initiatus est. Primum Monachorum ordini se addixit; postea, ad valetudinem recuperandam, Antiochiam rediit, vbi primum Diaconus a. C. 381. et quinquennio post

 Presby-

Presbyter euasit: tandem a. C. 398. supremam dignitatem ecclesiasticam Constantinopoli adeptus est: at propter dicendi libertatem in emendandis et vituperandis optimatum, etiam Augustae Eudoxiae vitiis ac delictis, incitante potissimum *Theophilo*, episcopo Alexandrino, a. C. 402. et, postquam restitutus erat, iterum iussu synodi Constantinopolitanae, suffragante Eudoxia, a. C. 404. munere exutus in exsilium missus est, in quo, superatis multis aerumniis, a. C. 407. a. aet. 53. vitam finiuit. Praeclarus fuit theologus et orator sui temporis disertissimus; elegans; periodos amat bene structas; delectatur sermonis puritate, viuidis descriptionibus et aptis beneque explicitis similitudinibus atque anthropologicis obseruationibus. Multam humani ingenii scientiam, magnamque facilitatem, se naturae hominum tam agentium quam loquentium adcommodandi prae se fert. At tamen luxum verborum asiaticum sectatur, et maior fuisse videtur grammaticus, quam criticus atque historicus, aut vbique rectus sobriusque sacrarum litterarum et doctrinae christianae interpres. Hinc multi in eius libris, quamquam critico S. S. praecipue variarum lectionum interpreti admodum vtilibus ac fructuosis, culpant falsas, superstitiosas, Monachorum claustra redolentes, et a veritate disciplinae christianae alienas expositinones mysticosque errores. Eum tamen criticis esse adnumerandum et vnum prae ceteris patribus lectu dignissimum, propter eloquentiam iucundissimum, et propter ritus antiquos, propter sententias ac praecepta vtilissimum esse iudicat *Henr. Valesius* de Critica, cap. 26. p. 174. Add.

Eulo-

Eulogii Schneideri freymüthige Gedanken über den Werth und die Brauchbarkeit der Chryfoftomifchen Erklärungsreden über das N. T. und deren Ueberfetzung. Auguftae Vindel. 1787. mai. 8.

3. Fuit πολύγραφος: nam in nouiffima editione 1447. opufcula varii generis reperiuntur: in quibus tamen nonnulla a νοθείας fufpicione haud libera funt.

4. Quod Chryfoftomi opera, vel feorfum vel iunctim, ab inuenta arte typogr. propter fummam, qua floruit femper, auctoritatem frequenter exierunt praelis, et antiquiores editiones a Maittario, Denifio, Braunio, Seemillero in annalibus typogr. et notitiis bibliothec. a Caueo, Fabricio aliisque modo paucis, modo ampliffimis verbis funt indicatae; equidem in enarratione illarum longa molestaque tempus a me male collocatum iri ratus, paucas tantum, easque, quae vel plurimis incognitae fuerunt, vel alias a raritate aut praeftantia laudari folent, memorabo. Qui plura fcire cupiunt, iis commendo quoque *Chrift. Guil. Vollandi* diff. de optimis Operum Chryfoftomi editionibus, Vitembergae 1711. 4. — *Maittaire* A. T. IV. part. I. pag. 281. et ex eo forfan *de Bure* in Bibliogr. inftruct. Theologie nr. 151. citant. edit. *Io. Chryfoft.* Homiliae in Matthaeum, latine; *Georgio Trapezuntio* interprete, per Iohannem Fuft. Moguntiae, 1468. fol. fed editio procul dubio eft apocrypha, nec adfert eam cl. *Zapf* in Aelteften Buchdruckergefchichte von Mainz, (Vlmae 1790. 8.) ad hunc annum pag. 41 fqq. et cl. *Panzero* in A. T. tom. II. pag. 119. videtur effe eadem, quam adfert *Denis* pag. 538. fine nota anni.

add *Braun.* notit. libr. bibl. monaſt. S. Vdalrici I. p 4. — De eodem Chryſoſt. opere, edit. Colon. 1487. 4. et praecipue de caſtrata edit. Antwerp. 1537. 8. et Chryſoſt. Homil. in Ioannem, Colon. 1487. fol. v. Maittaire IV. part. II. p 487. not. — Rariſſimam edit. characteribus gothicis et verſalibus inuſitatis excuſam maioribus vero litteris ligno inciſis, ſine vlla nota l. a et typographi, ſine titulo, interpunctione etc. *S. Io. Chryſoſt* libri II. de compunctione cordis, cum XXV ſermonibus, fol vberius deſcribit *Strauſſ* in Operibus rarioribus bibl. Rebdorf. Eichſtadii 1790. 4. pag. 3 ſq. — In catal. bibl. *Pinellianae* tom. I. pag. 69 ſq. reperitur aeque rara plurimisque incognita editio, (quae quidem num a ſuperiore ſit omnino diuerſa, definire non auſim,) *S Ioannis Chryſoſtomi* ſermones viginti quinque, epiſtola ad Theodorum Monachum, de compunctione cordis ad Demetrium libri II. Quaedam dicta in illud euangelii: *Loquente Ieſu ad turbas.* Lat. absque vlla nota, ſaec. XV fol. Cel. *Morellius*, qui in nota diligentem illius dedit notitiam, refert, ſe fruſtra de vetuſtiſſima illa editione apud bibliographos praecipuos quaeſiuiſſe, et characterem oſtentare typographiam germanicam. Ibidem occurrunt rarae editt. *S. Io. Chryſ.* de compunctione cordis libri duo et *S. Auguſtini* liber de contritione cordis; ſine vlla nota, ſaec. XV. 8. atque *S Io. Chryſ.* homiliae ſuper euangelio Ioannis, latine, *Franciſco Aretino* interprete. Romae in monaſterio S. Euſebii ſcriptae atque correctae. 1470. fol. de qua principe edit late diſſerit *Freytag* in adpar. litt. I. pag. 91. adde *Bure* bibl. inſtruct.

ſtruct. I. n. 153. pag. 145 ſq. cel. *Panzer* A. T. II. pag. 421 ſq. *Clement* bibl. curieuſe etc. tom. VII. pag. 93 ſq. qui praeter ea pag. 97 ſq. copioſus eſt de rara aliquot opuſculorum Chryſoſtomi editione, impreſſa per *Io. Koelhof* de Lubeck. ciuem Coloniae. 1487. fol.

Chryſoſtomi Homiliae, ſuper Matthaeum, Ioannem etc. fol. ſine l. et a. et typothetae indicio, cum epiſtola dedicatoria *Ludou. Hohenwang*, qui ipſe officinam habuit, ex illaque exire iuſſit germanicam Flauii Vegetii verſionem, et a. 1477. ſummam Hoſtienſis ſuper titulos Decretalium fol. De illo Hohenwang, probabiliter homine litterato, vide *von Heinecke* neue Nachrichten von Künſtlern und Kunſtſachen, part. I. nr. IX. Dresdae et Lipſiae 1786. 8.

Braun in notit. laudata I. pag. 74. nr. 99. agit de edit. cuius hanc indicat epigraphen: *Io. Chryſoſt.* Homiliae V. (quarum priores quatuor ſuppoſititiae habentur,) *in Iob*, a *Lilio Tiferno* latine redditae, fol. ſine vlla nota: *) et nr. 101. pag. 75. de rariore ed. *S. Antonini* — opus de eruditione confeſſorum, Eſlingae. per *Conradum Finer* in 4. ſine anni nota: cui additus dicitur *Sermo beati Iob'is Chriſoſtomi de penitencia.* Hoc idem Chryſoſtomi opuſculum *Zapf* in nota laudatus pag. 174. commemorat; ſed incertus eſt, num ſimul adnexum fuerit Antonini operi, an ſeparatim editum et in vno tantum volumine compactum. Sed cenſor libri Zapfiani in ephemerid. litterar.

*) Hanc editionem ex officina *Conradi Fyner*, Eſlingae, exiiſſe ſuſpicatur cel. *Zapf* in: ältеſte Buchdrucker-Geſchichte von Schwaben, p. 175.

litterar. Salisburgensibus a. 1792. in quarum plagulis 36 et 37. leguntur doctae obseruationes, nec spernenda supplementa, ostendit, Chrysostomi sermonem operi S. Antonini ita esse adnexum, vt vnus liber eodem tempore simul editus conficeretur, et titulum integri voluminis ita indicandum; *S. Antonini* opus de eruditione confessorum. Et *S. Chrysostomi* sermo de poenitentia, per Conradum Fyner. in 4. — Eadem duo, *Antonini* et *Chrysostomi*, opuscula iunctim edita, s. l. et a. in 4. prodierunt *Vlmae;* characteres quidem Ioannis Zaineri esse videntur *Straussio* in Operibus rarioribus. — Rebdorf. pag. 7. qui diligenter disserit de illo exemplo.

Lambacher in bibl. antiqua Vindobonensi ciuica pag. 90 sqq. aliquot edd. Chrysostomi, latine versi laudat, et in longiore quarumdam plurimis ignoratarum commemoratione aliorum castigat hallucinationes, Sunt vero hae notatu digniores editiones: *Chrysost.* Opera, latine, Venet. ex officina *Gregorii de Gregoriis.* 1503. fol. voll. II. quam edit. Fabricius aliique perperam pro Aldina venditant. — Opera, lat. Basil. 1522. Cratander. fol. V. tom. quae editio plura habet, antea non edita. — Opera, latine, Basil. Cratander. 1525. fol. VII. tom. quae editio, plurimis incognita, quasdam accepit accessiones. — Parum differt edit. Basil. ex off. Froben. 1530. fol. V. voll. a praecedenti, praeterquam quod accesserunt commentarii in vtramque ad Corinthios epistolam et aliquot homiliae in Acta Apostolorum, per *Erasmum Roterodamum.* Hinc alii perperam praedicarunt illam, tamquam longe locupletiorem priori-

prioribus. Nam error ſcripturae a. 1533. in Simleri Epitome bibl. Gesner. Fabricium, Oudinum aliosque decepit atque induxit, vt vtrumque ponerent annum, ac ſi editio prodiiſſet 1530-1533. quum tamen tota editio abſoluta ſit a. 1530. neque alia a. 1533. ſubſequuta. — Idem *Lambacher* prodit, in eadem bibliotheca eſſe cod. membr. ſaec. XI. qui continet Chryſoſtomi homilias in Matthaeum, graece, et gr. epigramma, in honorem Chryſoſtomi fuſum et homiliis praefixum, pag. 95. primus ex eo codice euulgauit: quod gr. cum verſione Bricherii Columbi, Patricii Finarienſis, repetiit ad calcem Catalogi pag. 23 ſq

Sed, ne videar extra oleas vagari, progrediar ad enumerationem praecipuarum et notabiliorum editionum, in quibus textus *graecus* legitur.

D. Io. Chryſoſtomi in omnes S. Paulli epiſtolas interpretatio, graece, typis aereis per Stephanum et fratres a Sabio. Veronae 1529. fol. IIII tom. v. *Maittaire* A. T. II. pag. 391 ſq. et 715. vbi quoque recenſetur edit. *Chryſoſt.* ad epiſcopos vinctos, ad Innocentium epiſcopum Romae, ad Cyriacum epiſtolae cet. graece cum *Eraſmi* praefatione, in offic. Froben. Baſil. 1529. 4. —— *Chryſoſt.* commentarii in nouum Teſtamentum. Heidelbergae apud Commel. IV. voll. 1591-1603. fol. — Opera ex recenſione vel cum verſione *Frontonis Ducaei* S. I. tom. I. II. a. 1609. tom. III. et IV. 1614. tom. V. 1616. tom. VI. 1624. Paris. apud Fed. Morell. Ducaei notae ſunt ſolis tomis primo et ſexto ſubiectae. — Tum *Carolus Morellus* ex edit. Commel. recuſos ſex poſteriores a. 1633.

ſub-

fubiunxit, ita vt totum opus conftet duodecim voluminibus. — Praeftat tamen et fide textus et typorum venuftate editio, ope multorum codicum caftigatiffima et cura atque impenfis *Henrici Sauilii* parata; at hodie, quod permulta exempla, ex Anglia ad Batauos naui ferenda, fluctibus fubmerfa dicuntur, rariffimis libris adnumeranda: *S. Io. Chryfoft. Opera* graece. Etonae, in collegio regali excudebat *Io. Norton.* 1613. fol. VIII. voll. de qua praeftantiffima edit. copiofe agit *Clement* in Bibliotheque etc. vol. VII. pag. 99 fqq. Hanc editionem fequi aut confulere debuerat is, qui ex edit. Morelliana a. 1609. nouam editionem *Operum omnium in duodecim tomos diftributam, quorum fex priores opufcula eius varia, fex pofteriores in N. T. libros homilias complectuntur*, gr. et lat. Francof. ad Moen. typis et impenfis B. Chr. Wuftii fen. 1698. in fol. curauit. Nam non folum, quod in Ducaeana aut defideratur aut perperam legitur, id ex Sauciliana non expletum eft nec correctum; fed etiam errores et vitia ex Parifina funt vt plurimum repetita, ac nouis etiam aucta. Praeterea Ducaei notae omiffae funt. conf. Act. Erud. Lipf. a. 1697. pag. 351. et *Clement* l. c. p. 101. not. ——

Pleniffima optimaque editio cenfetur fequens: — *Opera omnia*, quae exftant, vel quae eius nomine circumferuntur, ad MSS. codd. — nec non ad Saulianam et Frontonianam editiones caftigata, innumeris aucta: noua interpretatione, vbi opus erat, praefationibus, monitis, notis, variis lectionibus illuftrata, noua S. Doctoris vita, appendicibus onomaftico et copiofiffimis indicibus locuple-

locupletata. Opera et ſtudio D. *Bernardi de Mont-faucon.* Paris. 1718 - 1738. fol. tom. I — XIII.

Angel. Mar. Bandini primus dedit quamdam Chryſoſt homiliam in Graecae eccleſ vet monum. tom. II. Florent. 1763. 8. et tom. III. ſpecimen Commentarii in Iobum, cuius commentarii fragmenta in *Patricii Iunii* catena in Iobum habemus, Londini 1637. fol. — Nonnullas epiſtolas, homilias aliusque argumenti opuſcula ſeparatim vidiſſe lucem, iam cognouimus. v. praeter Fabric. Caueum aliosque *Hambergeri* Z. N. Vol III. pag. 19 ſqq. et *Maittaire* A. T. in ind. voc *Chryſoſtomus.* Equidem in paucarum editt. commemoratione acquieſcam. *D. Io. Chryſoſtomi* — de diuitiis et paupertate oratio. gr. a *Martino Cromero* e graeco latine facta. Cracouiae ex aedibus Hieronymi Vietoris. 1541. 8. v. *Ianozki* de libris rarioribus in biblioth. Zaluskiana, part. V. pag. 202 ſq. — Orationes duae, de humilitate animi, et de vxore et pulchritudine. graece. *Martino Cromero* interprete Cracouiae apud Hier. Vietorem. 1545. 8. v. *Ianozki* l. c. pag. 203 ſqq. qui quidem profitetur, ſe reliquas Chryſoſtomi orationes a Cromero gr. et cum ſua verſione editas, non vidiſſe; ſed *Io. Cochlaeum*, Breslauienſem canonicum, ſingularum exempla habuiſſe, et nouam interpretationis VIII. orationum Cromerianae, (omiſſo tamen textu graeco,) curaſſe: *D. Io. Chryſoſtomi* orationes octo. Ex antiquo exemplari graeco in latinum verſae, et aliis eius Homiliis et operibus non adiunctae, *Martino Cromero*, Canonico Cracouienſi, oratore et Secretario regio, interprete, in lucem denuo editae. —

Mogun-

Moguntiae apud S. Victorem, ex officina Francisci Behem, typographi, 1550. 8. — Easdem tamen graece cum versione *Cromeri*, praemissa Chrys. oratione de prouidentia, cum versione Viti Amerbachii, et addita *Epiphanii* oratione, recudi fecit Amerbachius, hac praefixa inscriptione: *D. Io. Chrysost.* aliquot orationes gr. et lat. ante hoc tempus graece numquam editae, latine tantum semel: cum *Epiphanii* quadam oratione, ac historia de Iesu Christo; interpretibus *Martino Cromero* et *Vito Amerpachio*. per Ioan. Oporinum. Basil. 1551. 8. *) — de orando deum, libri duo, graece. Louan. ex officina Rutgeri Rescii etc. 1531. 4. apud Maittar. in indice, ibid. 1566. 4. in catal. Pinell. I. pag. 67. atque, graece, Antwerp. apud Plantin. 1579. 8.

— Homiliae decem a *Io. Bapt. Gabio*, graece. Romae, ap. Zanettum, 1581. 4. — Liturgiae S. S. *Ioannis Chrysost.* et *Basilii* M. et *Germani*, patriarchae CPolitani historia ecclesiastica. graece. Romae, 1526. 4. — Liturgia *S. Io. Chrysost.* lat. interprete *Ambrosio Pelargo*, Wormatiae. 1541. 4. —

Diuina missa *S. Io. Chrysost.* gr. et lat. Venet. per Io. Antonium et fratres de Sabio etc. 1528. 4. — gr. ac lat. Paris. apud Christ. Wechel. 1537. 8.

Liturgiae, siue Missae sanctorum patrum: Iacobi Apostoli et fratris Domini, *Basilii Magni*, e vetusto codice latinae translationis, *Ioannis Chrysostomi*, interprete *Leone Thusco*. De ritu Missae et eucharistia; quibus accedit ad calcem e libris *D. Io.*

*) conf. *Clement* l. c. pag. 98.

Io. Chryſoſtomi locorum annotatio, vnde Liturgica comprobantur: authore *Fr. Claudio de Sainctes.* Antwerpiae. Plantin. 1560. 8. v. *Bure* bibliogr. inſtruct. I. n. 198. pag. 167. ſq. — Diuinae Miſſae exemplaria duo, gr. et lat. Venet 1644. 8. in *Pinelli* catal. I. pag. 69. vbi cl. *Morellius* adnotauit, librum inuentu difficilem habere duplicem Liturgiae Chryſoſtomi textum; priori accedere latinam Demetrii Ducae Cretenſis interpretationem, poſteriori Deſiderii Erasmi; vtramque ex veteribus editionibus repraeſentatam.

— Oratio in natalem D. N. Ieſu Chriſti, a *Dau. Hoeſchelio*, gr. Auguſtae Vindel. 1594. 8.

— Homiliae ſex contra Iudaeos, a *Dau. Hoeſchoelio*, gr. lat. ibid. 1602. 8.

— de ſacerdotio libri VI. gr. et latini. DCC amplius locis emendati, aucti, illuſtrati, ope librorum msst. ex bibl. Palatina et Auguſtana. opera *Dau. Hoeſchelii.* Auguſtae Vind. e typographeio Mangeri. 1599. 8. cum notis.

— De ſacerdotio libri VI. gr. et lat. Acceſſere diſſertatt. quaedam prooemiales de dignitate ſacerdotali et S. Chryſoſt. vita, e Guil. Caui hiſtoria litter. deſumta. Editionem adornauit praefationemque adiecit *Ioan. Hughes.* Cantabr. 1710. 8.

— ed. altera, priore emendat. et auct. cui acceſſit *Gr. Nazianzeni* — de eodem argumento conſcripta Oratio apologetica. Opera *Sam. Thirlby*, Cantabr. 1712. 8. — iidem, gr. et lat. vtrinque recogniti, et notis indicibusque aucti — opera *I. Alb. Bengelii* Stutgard. 1725. 8. Baſis eſt exemplum Erasmianum, Baſil. 1525. cum cod. Au-

 guſtano

gustano, vetere lat. versione et editione Operum Montfaucon collatum.

— Homiliae duae, de statuis ad populum Antiochenum habitae. Graece. Lugduni, Ambros. Travers. 1624. 8. — Homiliae gr. et lat. studio *Io. Saguens*, cum figg. Tolosae 1706. 8. — Homiliae VII. selectae, gr. et lat. Tubingae. 1701. 8.

Chrysost. epistola ad Caesarium, Monachum, gr. et lat. cum *Palladii* dial. de vita S. Io. Chrysost. editore *Emer. Bigotio* Paris. 1737. 4. Haec quidem editio actutum propter locum quemdam erat suppressa: v. *Hamberg*. III. p. 27. qui alias memorabilis illius epistolae refert editiones; quibus addatur, *Chrysostomi* epistola ad Caesarium, prouti legitur in cod. Florentino cum nonnullis explicationibus, edita a *Scipione Maffeio*, in Istoria diplomatica etc. Mantuae, 1727. m. 4. nr. IV.

Gregorii Thessalonicensis X. orationes, cum singulis *Ioannis Chrysostomi* et Amphilochii Iconensis. Accessit quoque fragmentum Io. Damasceni ex quinque codd. MSStis primum edidit *C. F. Matthaei*, Moscou. 1776. 8.

Chrys. II. orationes: de eleemosynis nondum édita, et altera de intermissione vsus sacrae coenae frequentioris a *Matthaei* Mosquae iam typis euulgatae, in Anecdotis nouis veterum patrum. Venetiis 1781. nr. 7.

Io. Chrysost. homiliae IV. ex omnibus eius operibus selectae, gr. et lat. Semel partim ex cod. Vaticano, partim ex Coisliniano a Bern. de Montfaucon, iterum notatis argumentis, additisque animaduersionibus et indicibus editae a *Chr. Frid. Matthaei*, Prof. Vitemberg. Misniae, vol. I. II. 1792.

1792. mai. 8. conf. ephem. litter. Erford. a. 1794. n. XII. pag. 189 sqq. vbi emendatur locus vnus et vindicatur alius.

Los seis libros *de S. Iu. Chrysostomo* sobre el sacerdocio. Traducidos en lengua vulgar con notas criticas, (cum textu graeco,) auctore *Felipo Scio de S. Miguel.* Madrit. 1773. mai. 4. — iterum sed sine graeco contextu, ibid. 1776. 8.

Tiberii Hemsterhusii orationes, quarum prima est de Paulo Apostolo. *L. C. Valckenari* tres orationes quibus subiectum est schediasma, specimen exhibens adnotationum criticarum in loca quaedam librorum sacrorum noui foederis. — Praefiguntur *duae orationes Io. Chrysostomi in laudem Pauli Apostoli cum veteri versione latina Aniani ex cod. MS. hic illic emendata.* Lugd. Batau. 1784. m. 8. Duae orationes Chrysostomi a p. I — LVI. graece et lat. cum animaduersionibus, in quibus aliquot lectiones cod. praeferuntur versioni in edit. Benedictin. receptae. Praeter ea oratio graeca explicatur, illustratur, aut e coniectura emendatur.

Chrysostomi opera, praecipuae orationes in alias linguas esse translatas, haud mirum videbitur. Nominasse hic sufficiat: *Chrysost. Predigten und kleine Schriften*, aus dem Griechischen übersetzt. Mit Abhandlungen und Anmerkungen begleitet. Erster — zehnter und letzter Band. Mit vollständigem Register herausgegeben von *Io. Andr. Cramer.* Lipsiae 1748 — 1751. 8.

Des Heil. Io. Chrysost. Reden über das Euangelium des heil. Matthaeus, aus dem Griechischen nach der neusten Pariser Ausgabe übersetzt und

mit Anmerkungen verſehen von *Io. Mich. Feder*, der G. G. Doctor und Profeſſor in Würzburg. Auguſtae Vindel. 1786. 8. I. vol.

Homélies, Diſcours et Lettres, choiſis de *S. Iean. Chryſoſtome*, avec des extraits tirés de ſes Ouvrages ſur divers ſujèts. Traduits par Mr. l'Abbé *Auger*, Vicair général du Diocéſe de Lescar. Paris. 1785. IV. voll. in 8. In ſermone praemiſſo indolem viri magni probique, cuius errores illius temporibus potius, quam ingenio ſunt tribuendi, bene depingit. At Augerius, quando pag. 60. ſq. cum arte orandi putat Demoſthenem atque Ciceronem aequaſſe, errat egregie.

5. *Fabricius* in B. Gr. vol. VII. cap. 15. pag. 553 — 658 late egit de Chryſoſtomo, eius operibus, atque pag. 555. ſqq. multos cum ſcriptores veteres de S. Chrys. graecos recenſet, tum latinos veteres atque recentiores. Quando autem ſcribit, *Martyrium* Patriarcham Antiochenum inter graecos ſcriptores de vita Chryſoſtomi ab anonymo (Sauiliano) laudari, eius vero nihil huius argumenti exſtare: adnotandum eſt, vitam illam, ineditam quidem, at mutilam reperiri in codice Naniano 145. nr. 6. atque auctor catalogi codd. graecorum msst. apud Nanios, Bonon. 1784. 4. pag. 337. initio eius exſcripto dedit ſpecimen. — Addantur *Iac. Basnagius* ad nonnulla Chryſoſtomi ſcripta in *Caniſii* Lection. antiq. tom. I. pag. 218 et 226 ſqq. *Saxii* Onom. I. pag. 460 ſq. — *Chr. Frid. Matthaei* de Chryſoſtomo ceterisque interpretibus epiſtol. Paullinarum in praefat. ad D. Paulli epiſt. ad Theſſalon. et ad Timotheum, gr. et lat. Rigae 1785. 8. Idem vir doct. in notitia codd.

codd. msst. gr. bibl. Mosquenſium-ſynodi etc. Mosquae 1776. m. fol. recenſet codd. in quibus varia *Chryſoſtomi* opuſcula exſtant: cod V. pag. 5. 6. 7 ſq. in quo etiam ſunt opuſc. *Athanaſii*, *Cyrilli Alexandrini*, *Epiphanii*, *Methodii*, *Gregorii Nazianzeni* et aliorum patrum orationes, ex quibus nonnullae nondum ſunt editae. — Ex iisdem fragmenta laudantur in cod. XIII. p. 21. — cod. 31. pag. 52. — *Iablonskium* in theſauro epiſtol. La Croziano tom. I. p. 164.

§. 35.

SYNESIVS

1. Cyrene in Aegypto ortus, genere nobilis, Hypatiae diſcipulus, (v. ſupra, vbi de doctiſſima hac femina egimus,) philoſophiae Platonicae ſiue Alexandrinae, cuius veſtigia, poſtea etiam in ſcriptis, quam ad caſtra Chriſtianorum tranſierat, frequenter adparent, patronus, orator et poeta haud vulgaris, denique ab a. C. 410. Ptolemaidis Lybiae Cyrenaicae epiſcopus. Ante a. C. 431. mortuus eſſe videtur.

2. Varia ſcripſit: in primis cultiſſimae epiſtolae et oratio, ad Arcadium imperatorem de regno a. C. 399. habita, memoratu dignae videntur. In claſſem Semichriſtianorum refert eum *I. G. Heineccius* in disp. de philoſophis Semichriſtianis. Halae 1714. 4. §. 24. pag. 50 ſqq.

3. *Syneſii* — de regno; Dio ſiue de ſuae vitae ratione; *) caluitii laudatio; de prouidentia

S 3 ſeu

*) Syneſium agere criticum in oratione, quae Dio inſcribitur, docet *Henr. Valeſius* in libro de critica, cap. 17. pag. 175.

ſeu Aegyptius; concio quaedam panegyrica; de inſomniis, cum Nicephori Gregorae explicatione. Eiusdem Syneſii epiſtolae. Ex bibliotheca regia, Paris. ex offic. Adr. Turnebi 1553. fol. graece. — *Syneſii Opera*, quae extant, omnia, graece ac latine nunc primum coniunctim edita, interprete *Dionyſio Petauio*, *) Lutetiae 1612. fol. rec. 1631. 1633. et, additis *Cyrilli Hieroſol.* operibus, 1640. fol. —

Librum *de inſomniis* num ſcripſerit, quum religionibus adhuc eſſet imbutus, an quum ad caſtra Chriſtianorum transiiſſet, nondum liquet. In poſteriorem tamen ſententiam animus I. A. Fabricii magis inclinat. *Nicephorus* quidem *Gregoras* illum librum illuſtrauit commentario, qui exſtat in Petauiana Syneſii editione. — Editus eſt ille liber vna cum Artemidoro, Venetiis 1518. 8. apud Aldum. —— graece ad optimorum codicum fidem emendatus, Lutetiae 1586. 8. et latine, interprete *A. Pichonio*, cum *eiusdem* notis et *Nicephori Gregorae* commentariis, latinitate nunc primum ab eodem donatis. ibid. eod. a. 8. —— Somniorum Syneſiorum, omnis generis inſomnia explicantes, libri IIII. per *Hieron. Cardanum*, Mediolanenſem Medicum ac philoſophum etc. Baſileae, per Henr. Petri. in calce: Henrici Petri 1562. 4. — rec. (niſi primum tantummodo folium fuerit immutatum,) ibid. 1585. 4. — De priore admodum rara editione copioſus eſt *Clement* in Bibl. curieuſe etc. tom. VI. pag. 267. ſq.

Hymni

*) De Petauii editt. v. *Niceron*, Memor. V. D. ex germanica Baumgartenii vers. tom. I. pag. 232. et 234 ſqq. adde pag. 145 ſq. 177. ſq. 179. 245.

Hymni decem, de quorum argumentis, et tempore, quando confecti sint, vide *Fabr.* vol. VIII. B. Gr. pag. 228. sqq. primum editi sunt cum quatuor Synesii orationibus, graece et latino carmine redditi a *Guil. Cantero*, Basil. 1557. 8. — Hymni et *Gregorii Nazianzeni* odae aliquot, graece cum versione *Francisci Porti* prosaria: excud. H. Stephanus. 1569. (al. 1568) in forma min. — rec. apud Morel. Paris. 1618. — Hymni, *Gregorii Nazianzeni* odae et *Io. Damasceni* Hymnus in theogoniam, gr. cum versione lat. Paris. ap. Io. Benenat. 1570. 8. — ex ed. H. Stephani, cum quibusdam odis Nazianzeni et Clementis Alexandrini hymno curante *Io. Caselio*, Rostoch. 1586. 8. — gr. et lat. in *Iac. Lectii* corpore poetarum graecor. tom. II. Geneu. 1614. fol. pag. 162. —— Quaedam epigr. in *Brunckii* analectis etc. tom. II. pag. 449. — *Synesius* fünfter Hymnus übersetzt und erläutert von *Ernst. Friedr. Karl Rosenmüller* Lipsiae 1786. mai. 8. In prooemio doct. Rosenm. de Synesii vita, ingenio scriptisque breuiter quidem, at bene disputat. ——

Epistolae gr. in Collect. epistol. gr. Aldina, Venet. 1499. — graece et lat. collectione epist. graecarum, Geneu. 1606. fol. — separatim, gr. et lat. interprete *Thoma Naogeorgo*, Basileae 1558. 8. — epistolae, cum antiquis codd. MSS. collatae, gr. et lat. ex versione et cum notis Francisci Porti, Paris. 1605. 8. — Nouissima et in vsum graecae iuuentutis curata editio est: *Αἱ ἐπιστολαὶ Συνεσίου τοῦ Κυρηναίου, μετὰ τῶν σχολίων τοῦ διδασκάλον νεοφύτου ἱεροδιακόνου τοῦ Πελοποννησίου ἐκδοθεῖσαι σπουδῇ καὶ ἐπιστασίᾳ Γρηγορίου ἱεροδιακόνου Δημητριέως*

τριέως τοῦ Κωνςαντᾶ, καὶ συνδρομῇ ἐν μέρει τῶν ἐντιμοτάταν κυρίων ἐλευθερίȣ Μιχαὴλ Ραψανιώτȣ, καὶ Ἀβραμίȣ χατζῆ Δημητρίȣ Ἀμπελακιώτȣ. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐςρίας, ἐν τῇ τυπογραφίᾳ Γεωργίȣ τȣ̃ Βεντότȣ. αψηβʹ. mai. 8.

4. Conf. *Euodoc.* Violar. pag. 388. *Fabricii* B. Gr. vol VIII. pag. 221. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 119 sqq. *Saxe* Onom. I. pag. 467 sq. *Wernsdorf.* diss. I. de Hypatia pag 18 sqq.

5. Nominasse hic sufficiat *Philonem*, Carpasiae in Cypro Episcopum, Epiphanii familiarem, Cantici canticorum interpretem; *) *Marcum*, discipulum Chrysostomi, Eremitam Aegyptium et Asceten; *Heracliden*, episcopum Ephesinum, a. 402. at non ita multo post sede sua motum; *Seuerianum*, Gabalorum in Syria episcopum; circa a. 402. primo amicum, dein aduersarium Chrysostomi. Illius homilia die Epiphanias. (a cl. Matthaei Mosquae iam edita,) exstat in Analectis nouis patrum cet. Venetiis, 1781. n. 8. pag. 147. —— *Ioannem Cassianum*, factionis Semi - Pelagianae auctorem, mort. a. 444. (de quo vide *Saxii* Onomast. I p 475.) *Victorem*, Presbyterum Antiochenum, (conf. supra Cap. III. Euangel. Marcum;) *Polychronium*, Antiochenum, episcopum in Syria Apamensem a. 410.; *Hesychium*, Presbyterum Hierosolymitanum den. a. 428.; *Lucianum*, Presbyterum Caphargamalitanum, in tractu agri Hierosolymitani; *Philippum Sideten*, Presbyterum; *Palla-*

*) Cuius enarrationem in Canticum Canticorum gr. et lat. edidit cum notis suis *Mich. Angel. Giacomellus*, Romae. 1772. 4. de qua edit. et de Philone illo plura disputaui ad *Fabricii* B. Gr. vol. IV. p. 751 sq.

Palladium, episcopum, primum Helenopolitanum, tum Asponitanum, *) (v. *Saxii* Onom. I. p. 487.) *Simeonem*, Aphoretam, qui *Stylites* cognominatus est a στύλῳ, s. columna, in quam a. C. 420. adscendisse, ibique vsque ad a. C. 460. mansisse videtur; **) *Nilum*, genere et opibus nobilem, primum Constantinopol. Eparchum; posthaec, vxore dimissa, in montem Sinai secessit Anachoreta et Ascetes: ex cuius opusculis a *Petro Possino*. Paris. 1639. 4. et epistolis gr. et lat. ab eodem *Possino*, cum notis, Paris 1657. et opuscul. a *Iosepho Maria Suaresio*. Romae 1673. fol. editis memoramus *Enchiridium christianum*, in quo verba Epicteti frequenter retinuit, et quo critici ad emendandum et restituendum Epictetum vtiliter vsi sunt; nec non capita seu praeceptiones sententiosas (229) cum versione lat. et notis *Michael. Neandri*, in eius opere aureo. part. II. pag. 7. sqq. et separatim, Basileae per Io. Oporin. 1559. 4. In praef. agitur de Nilo. — Aurea *Nili* episcopi et martyris paraenetica, (in XXIII decurias distributa,) gr. interprete *M. Nicolao Glasero*. Hamburgi 1614. 8. pag. 68 — 72. accessit: *Nilus* in sententiis nondum editis ad Esaiae dictum cap. I. — *Nili*

 senten-

*) Auctorem historiae, quae vulgo nominari solet, *Lausiacae*, a. 420. vt videtur, confectae: nat. a. 367. mortuum ante a. 430. conf. *Io. Christoph. Martini* disp. de vita fatisque Palladii Helenopolitani, Origenianismi et Pelagianismi iniuste accusati. Altdorfii, 1754. 4.

**) Acta *S. Simeonis Stylitae* exstant in Actis Sctorum martyrum orientalium et occidentalium *Iosiae Simeonis Assemanni*, archiepiscopi Apameensis, Romae 1748. fol.

sententiae morales (238) a *Wilibaldo Pirckheymero* germanice versae, in Theatro virtutis et honoris oder Tugend - Büchlein etc. Noribergae, cum praef. *Hans im Hoff*, 1506. 8. pag. 11. sqq. ex cod. vt ipse scripsit, graeco perantiquo primum latine versae. confer *Leon. Allatium* de Nilis et eorum scriptis. Is enim illam diatriben subiecit edit. suae *Nili epistolarum* libr. IV. cum sua versione cet. Romae, typis Barberinis, 1668. fol. tum eam notis instructam *Fabricius* inseruit B. Gr. in calce vol. V. pag. 4 sqq. §. 4. vbi late disseritur de vita scriptisque Nili. —— A pag. 59 agitur de *Nilo Kabasila*, archiepiscopo Thessalonicensi, a. Ch. 1314. (v. *Saxii* Onom. II. p. 347.) eiusque libro *de primatu Papae*: cuius editionem, raram, in manibus habeo: Νείλȣ — *Nili Thessalonicensis* libellus de primatu romani pontificis, graece, (ex codice satis vetusto,) a *Mathia Flacio Illyrico* in latinum sermonem conuersus, cum praefatione eiusdem, (scripta Magdeburgae Cal. Mart. 1555.) Francofurti excud. Dau. Zephelius, anno 1555. 8. — Eiusdem opusculi libri II. ex bibl. Vatic. *Bonauentura Vulcanio* interprete. Acc. de igne purgatorio, liber singularis, eodem interprete, Lugd. Bat. apud Franc. Rapheling. 1595. 8. — de primatu Papae rom. libri II. item *Barlaam*, Monachi, cum interprete vtriusque latino: gr. et lat. Hanouiae typis Wechel. 1608. 8. opera et studio cl. *Salmasii*, cum eiusdem in vtrumque notis. — *Nili* et *Barlaami* libros idem *Salmasius* subiunxit libris suis de Primatu Papae, Lugd. Bat. 1645. 4. (v. *Hambergeri* Z. N. IV. pag. 545 sqq. — Binae epist. nunc primum editae, altera *Nili Kabasilae*, altera

altera Demetrii Cydonii, progr. auct. *E. F. Matthaei*, Dresdae 1789. 4.

Sed redeo ad superiores: et paucis adhuc memorabo *Adrianum*, monachum, librorum diuinorum interpretem, circa a. Ch. 420. qui scripsit *Isagogen sacrarum litterarum*, quam cum fragmentis antiquissimorum Graecorum in prophetas, ex msstis codd. edidit *Dau. Hoeschelius*, Augustae Vindel. 1602. 4. — Num V. D. cuiusdam editio, quam Bernard. in litteris ad Reiskium, in huius vitae p. 270. adnunciauit, viderit lucem, equidem ignoro. —— *Adrianum*, Monachum, auctorem Introductionis in S. scripturam; *Sabinum*, Heracleensem in Thracia episcopum, canonum et decretorum ecclesiasticorum consarcinatorem; *M. Diadochum*, Athanasii aequalem, et posteriorem *Diadochum*, Photices in Illyria, siue veteri Epiro episcopum, theologum Asceten, (v. *Saxii* On. I. p. 470. et 510.) qui omnes circa initium saeculi quinti vsque a. Ch. 450. in viuis fuerunt. Paucos, qui intra illud spatium fama et eruditione aut librorum praestantia vicerunt reliquos, curatius persequemur.

Hic addi licet, *Georg. Dan. Fuchs*, Diacon zu Stuttgart, Bibliothek der Kirchen-Versammlungen des vierten und fünften Iahrhunderts, in Vebersetzungen und Auszügen aus ihren Acten und andern dahin gehörigen Schriften, samt dem Original der Hauptstellen und nöthigen Anmerkungen etc. p. I. Lipsiae 1780. 8. In prima sectione historiam synodorum saec. IV. et V. atque conciliorum horumque formam, originem etc. persequitur: in altera litterariam exhibet notitiam colle-

ctorum

ctorum actorum eius generis et canonum: in tertia agit de synodo Nicaena. — Item: Canones graeci concilii *Laodiceni* (saec. IV.) cum versionibus Gentiani Herueti, Dionysii Exigui, Isidori Mercatoris et obss. *Wolfgangi Gundlingii*, Diac. ad diu. Laurent. Noribergae. 1684. 8.

§. 36.

CYRILLVS ALEXANDRINVS

1. Episcopus Alexandrinus ab a. C. 412. matruele *Theophilo* episcopo mortuo. Vehemens homo, cui vero forte plura imputantur, quam par est; eum certe in tumultu, Alexandriae contra Iudaeos et Hypatiam orto, a communi fere calumnia defendit *Wernsdorf* in diss. de Hypatia supra iam suo loco laudata. In Ephesino concilio a. 431. in quo tamen ab episcopis Orientalibus valde vexatus et in carcerem coniectus est, sua in primis auctoritate effecit, vt Nestorius damnatus de dignitatis gradu deiiceretur. A. C. 444. vitam cum morte commutauit.

2. Multa scripsit. Eius Opera in VI. tomos tributa coniunctim edidit *Ioan. Aubertus*, Paris. 1638. fol. Tom. I—VI. graece et latine. —— Eius libros X. pro sancta christianorum religione aduersus libros impii Iuliani, graece cum interpretatione Io. Auberti addidit *Ez. Spanhem* Iuliani Operibus, Lipsiae 1696. fol. —— De *Georg. Trapezuntii* versione, quorumdam librorum v. *Apostoli Zeni* dissert. Vossianae tom. II. pag. 8. et de quibusdam illius aliorumque versionis editionibus. conf. *Lambacher* bibl. ciuicam Vindobon. pag.

pag. 98 sqq. —— *Cyrilli* II. epistolae in analectis nouis patrum etc. Venet. 1781. n. 9. p. 150 et 152. —— *Cyrilli Alex.* prologus de S. Pascha, in calce vol. II. Petauii doctrinae temporum.

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. VIII. pag. 553 sqq. *Hamberger.* Z. N. Vol. III. pag. 142. *Saxii* Onom. I. pag. 482. Vindiciae Cyrilli Alexandrini Godofredo Arnoldo oppositae, in *Benzelii* syntagm. dissertatt. a Kappio collectarum tom. II. pag. 375. — *Iablonski* in thesauro epistol. La Croziano I. p. 193 sq.

§. 37.

THEODORETVS vel THEODORITVS

1. Natus c. a. C. 393. obiit ante a. 457.

2. Antiochenus, ab A. C. 423. episcopus Cyri in Syria. Quod, incitante *Ioanne Antiocheno* episcopo, aduersus Cyrilli Alexandrini XII. capitula contra Nestorium, et quinque libros aduersus synodum Ephesinam scripsit: in suspicionem incucurrit, se a partibus stare Nestorii sui quondam familiaris. Quamquam vero Nestorii haeresin non defendit; immo potius formulae subscripsit a Cyrillo compositae: a suspicione tamen se liberare non potuit, ita vt in synodo Ephesina a. C. 449. a Dioscuro, Cyrilli successore et sectae Eutychianae promacho, tamquam Nestorianus delatus, absens damnaretur. Postea in synodo Chalcedonensi, vbi, quamquam aegre id fecit, Nestorium damnauerat, a. C. 451. absolutus suaeque sedi restitutus est: neque tamen illius libri contra Cyrillum non fuerunt damnati. Theologus vero fuit praeclarus.

3. Con-

3. Confecit commentarios in omnes fere V. T. libros et in XIIII. epiſtolas Paullinas: tum, tamquam ad ſupplendum Socratem et Sozomenum, hiſtoriae eccleſiaſticae libr. V. ab a. C. 325 — 429. Dialogos VII. aduerſus Arianos, Macedonianos atque Apollinariſtas, Epiſtolas CXLVII. atque alia theologici argumenti ſcripta.

4. Opera omnia in quatuor tomos diſtributa, quorum plurima graece, quaedam etiam latine nunc primum prodeunt, etc. cura et ſtudio *Iac. Sirmondi* Lutet. Paris. 1642. fol. — Auctarium ſiue operum tomus V. graece et lat. nunc primum in lucem editus cura et ſtudio *Io. Garneri*, opus poſtumum, *) Lutet. Paris. 1684. fol. — Sirmondi tamen diligentiam ſuperauit *Io. Ludou. Schulze*, theologus et philologus Halenſis celeb. qui Sirmondi editionem, multis iisque praeclaris ingenii atque eruditionis praeſidiis et MSS. Auguſtanorum copiis adiutus, locupletiorem recudi fecit V. tom. 8. Halae Saxon. 1769 — 1774. curam tamen tomi cuiusdam ſuſcepit feliciter *Io. Aug. Noeſſelt*, theologus Halenſis humaniſſimus atque elegantiſſimus. cont. bibl. philol. Gotting 1770. tom. I. part. 3. pag. 21 ſqq.

Hiſtoriae eccleſiaſticae Libr. V. graece edidit primus *Beatus Rhenanus*, cum hiſtoria Euſebio-Rufiniana, Baſil. apud Hier. Froben. 1535. fol. — idem liber graece, cum Euſebii hiſtor. eccl. Paris. apud R. Stephan. 1544. fol. — *Theodoreti* et *Euagrii* ſcholaſtici hiſtoria eccleſiaſtica, item excerpta ex hiſtoriis *Philoſtorgii* et *Theodori* Lectoris. *Henric. Valeſius* graeca ex MSS. codd. emendauit, latine

*) Idem opus aliam habet inſcriptionem: *Io. Garnerii* Opera poſtuma, cum praef. Io. Harduini. 1685. fol.

latine vertit et annott. illustrauit. (Paris. 1673. fol.) Hanc edit. criticis plurium eruditorum obseruatt. locupletauit *Guil. Reading.* Cantabrig. 1720. fol. *) rec. Venetiis.

Θεοδωρῖτε ἐπισκόπε Κύρου διάλογοι τρεῖς κατά τινων αἱρεσεων. Lipsiae 1568. 8. graece: in calce Lipsiae in offic. Ern. Voegelini, Constantiensis. a. M.D.LXVIII. Subiuncta est versio latina, peculiari inscriptione praefixa: *Theodoreti* episcopi Cyri dialogi tres, lectu dignissimi et ad diiudicandas horum temporum controuersias vtilissimi; interprete *Victorino Strigelio.* Singulis dialogis adnexae sunt paucae adnotationes. Epistola dedicatoria scripta est Heidelbergae 1567. Cal. Octobr. — Haec editio est a *Marco Beumlero* cum Romana comparata et emendatior cum illius analysi repetita. Tiguri 1593. 8. — *Theodorets* — zehen Reden von der göttlichen Fürsicht, aus dem Griechischen nach der vom Herrn *Schulze* veranstalteten Ausgabe übersetzt von *I. Mich. Feder*, D. und Prof. der Theol. zu Wirzburg. Wurceburgi 1788. 8. De reliquorum libellorum singularibus, quae exstant, editionibus v. *Hamberg.* Z. N. III. p. 184 sqq.

5. In Commentariis Theodoretus est vnus ex optimis interpretibus. eorumque vsus multiplex. In V. T. ille est commentarius quasi τῶν LXX. et meliorem interdum habet lectionem: iuuat criticum in syriaca versione V. T. quam saepius laudat; hebraici quoque textus varias suppeditat lectiones; denique in N. T. ad interpretationem et crisin

*) v. *Baumgarten* Nachr. von merkwürd. Büchern. tom. X. pag. 315 sqq.

crisin facit. Conf. *Michaelis* Biblioth. oriental. atque exeget Part. I. et *Henr. Valesii* de critica cap. 28. p. 175.

6. Adde *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 124 sq. Vol. VII. pag. 430 sqq. *Saxii* On. I. p. 489 sq.

§. 38.

PHILOSTORGIVS

1. Natus est a. C. 364. secundum Hamberger. sed a. 368. ratiocinante Gothofredo: et in viuis adhuc fuit a. C. 425.

2. Cappadox, homo multarum litterarum tam mansuetiorum quam seueriorum; Arianorum et Eunomianorum patronus; contra Iudaeorum, paganorum et orthodoxorum theologorum hostis. Res christianas ab Ario, a. C. 300. vsque ad mortem Honorii Augusti, a. C. 425. exposuit libris XII. quorum tamen partem siue epitomen seruauit *Photius* cod. 40. quam ecclesiasticae historiae epitomen gr. ac lat. cum supplementis nonnullis, doctis de Philostorgii vita, litterarum copia, virtutibus vitiisque, consilio etc. prolegomenis, indice et multis eruditisque dissertationibus *) primus edidit *Iac. Gothofredus*, Geneu. 1643. 4. dein emendatiorem dedit cum Theodorito, versione sua et notis

*) In quibus multa capita historiae, praesertim ecclesiasticae late exposuit: inter alia ad libr. III. cap. 15. de *Aetii* Coele Syri etc. saec. IV. vita, doctrina, haeresi satisque, pag. 153. sqq. copiose disputauit Gothofredus.

notis *Henr. Valesius*, Par. 1673. fol. et *Reading* Cantabr. 1720. fol. *)

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 114. sqq. *Saxe* l. m. p. 491. *Hamberger*. Z. N. III. p. 92. sq.

§. 39.

SOCRATES

1. Editus est Constantinopoli circ. a. C. 380. et circ. a. C. 448. *historiae ecclesiasticae libr. VI.* diligenter conscriptos publicauit, in quibus Nouatianis fauere videtur — Vulgo cognominatur *Scholasticus*.

2. Libros illos ex vno codice edidit gr. cum Eusebio et reliquis historiae ecclesiasticae scriptoribus, *Robert. Stephanus*, Paris. 1544. fol. – tum *Socratis* et *Sozomeni* histor. ecclesiast. collatis MSS. codd. gr. et lat. cum adnotationibus suis publici iuris fecit *Henricus Valesius*, Paris. 1668. fol. quae editio recusa est 1677. Moguntiae; atque praestantius nitidiusque, disputatione *Archelai* Episcopi aduersus Manichaeum, criticis Merici Casauboni, Guil. Lowthii etc. obseruationibus et Valesii curis secundis locupletata a Guil. *Reading*. Cantabr. 1720. fol. v. *Baumgarten* Nachrichten etc. l. c. pag. 310 sqq.

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. p. 117. sqq. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 140. sqq. *Saxii* Onomast. I. p. 509. — *Zaccaria* in diss. latinis ad historiam et antiqq. ecclesiasticas pertinentibus tom II. Fuligni

*) v. *Baumgarten* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. X. pag. 316.

Fuligni 1782. nr. IX. disputat contra Baronium aliosque de poenitentia CPoli a *Nectario* sublata ad Socratem VI, 9. Sozomen. VII. 16. quorum narrationi fidem adferit, et ostendere conatur, *Nectarium* veterem poenitentiam publicam non, confessionem a. 391. f. 392. sustulisse, eiusque molimina non posse contra catholicum confessionis dogma adduci.

§. 40.

SALAMANES HERMIAS SOZOMENVS

1. Aequalis Socratis, Gazae in Palaestina primam lucem vidisse perhibetur. Constantinopoli fuit *Scholasticus*, h. e. caussarum actor. Ad animum vero recreandum scripsit et circa a. 448 publicauit *historiae ecclesiasticae* libr. IX. ab a. C. 323 — 439.

1. Illi cum Socratis hist. eccl. editi sunt.

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 121. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 148. *Saxii* On. I. p. 509.

§. 41.

Alios quosdam controuersiis potius, aut homiliis aliisque minoris momenti libellis, quam libris insignioribus ad fructum et augendam liberalem eruditionem praestantibus claros saec. V. ab anno 428. paucis tantum recensebo. Sunt autem *Nestorius*, primum Presbyter Antiochenus, dein ab a. C. 428. episcopus Constantinopolitanus, sectae *Nestorianae* multorumque dissidiorum auctor; *Theodotus*, episcopus Ancyranus, grauis Nestorii aduersa-

uerſarius in Synodo Epheſina a. 431.; *Firmus*, epiſcopus Caeſareenſis; *Proclus*, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus a. 434. denat. a. 447. *Iſaacus*, gente Syrus, epiſcopus Nini, et Anachoreta; *) (conf. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 507.) — *Flauianus*, epiſcopus Conſtantinopolitanus, vehemens Eutychis aduerſarius, a cuius adſeclis in Synodo Epheſina a. C. 449. pugnis pedibusque ita percuſſus eſt, vt triduo poſt animam efflaret; *Chryſippus*, presbyter Hieroſolymitanus circa a. 455. *Euthalius*, epiſcopus Sulcenſis, circ. a. C. 458. qui Acta Apoſtolorum, epiſtolas Paullinas et catholicas e codd. bibliothecae Caeſareenſis recenſuit, et in lectiones, capita verſusque diſſectas, praefixo ſingulis capitibus argumento, et additis locis V. T. parallelis, edidit: cuius recenſio, graece et lat. interprete *Laurentio Alexio Zacagni*, cum eiusdem animaduerſionibus, in *Zacagni* Collect. monum. vet. eccl. gr. et lat. Rom. 1698. p. 403. **) publicata eſt v. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 195 ſq. *Saxii* On. I. pag. 516. — *Gelaſius*, Cyzicenus, Caeſarienſis Bithyniae epiſcopus, circ. 476. v. *Hamberger* l. c. pag. 428 ſq. et *Sax.* I. p. 521. — *Antipater*, Boſtrenſis in Arabia epiſcopus; *Andreas*, epiſcopus

*) Eius Homilias aſceticas, arabice circ. a. 440. ſcriptas; at iam olim a *Patricio* quodam et *Abramio* graece verſas, primus graece edidit *Nicephorus Theotokius*, Hieromonachus; τȣ̃ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, ἐπισκόπȣ Νινευί τȣ Σύρου, τὰ εὑρεθέντα Ἀσκητικὰ, ἐπιμελείᾳ Νικηφόρȣ ἱερομονάχȣ, πρῶτον τύποις ἐκδοθέντα, Lipſiae, 1770. 4. conf. *Erneſti* nouiſſ. bibl. theologicam, tom. I. part. II. pag. 134 — 145.

**) v. *Baumgart.* Nachr. tom. II. p. 443. ſqq.

pus Caesareae in Cappadocia circa a. 500. auctor commentarii in Apocalypsin, vt plurimum, exeunte saeculo quinto, vixisse fertur: ab Oudino tamen ad saeculum nonum refertur. v. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 286. —— *Seuerus*, episcopus Antiochenus, a. 512. v. *Saxii* On. II. p. 17. et p. 25. de *Pseudo-Dorotheo*, s. vt volunt, *Procopio* quodam Presbytero, circa a. 525.

§. 42.

ISIDORVS PELVSIOTA

1. Hic inter illos, quos paullo ante memoraui, elegantia, copia et varietate tam rerum quam verborum valde eminet. Abbas fuit Monachorum, qui prope *Pelusium* in Aegypto in claustro quodam coniuncti vixerunt, et circ. a. C. 449. probabiliter desiit viuere. *Saxius* in On. I. p. 497. refert eius aetatem ad a. Chr. 431.

2. E multis, quos exarasse perhibetur, libris supersunt duo millia et duodecim epist. de interpretatione diuinae scripturae, quae in quinque libros distributae sunt.

3. Tres libros primus edidit *Iacob Billius*, Paris. 1585. fol. gr. et lat. — Hos ex cod. Bauar. plurimis in locis insigniter auxit, suppleuit et correxit, atque quartum librum notasque vberiores et version. adiecit *Cunrad. Rittershus.* ex offic. Commelin. 1605. fol. — His addidit *Andreas Schottus*, Epistolas hactenus ineditas de locis S. Scripturae moribusque formandis, ex biblioth. Vaticana erutas, graece, cum notis, Antwerp. 1623. 8. rec. gr. ac lat. Francof. 1629. fol. Quo facto ple-

pleniſſima editio prodiit, inſcripta: *Iſidori* de interpretatione diuinae ſcripturae epiſtolarum libri V. quorum tres priores ex interpretatione Iac. Billii, quartus autem a Cunrado Rittershuſio, qui et notas vberiores, ac ſummas, et indices prioribus libris adiecit, et quintus ab Andrea Schotto nunc primum in Gallia prodeunt. cum indicibus neceſſariis, Paris. Aeg. Morell. 1638. fol.

His adiungi debent: *Iſidorianae collationes*, quibus S. Iſidori Peluſiotae epiſtolae omnes hactenus editae cum multis antiquis optimae notae MSStis codd. comparantur, et inde circiter bis mille locis ſupplentur aut emendantur. Ex bibliotheca Barberina, Romae 1670. 8. Collationem ſex codd. inſtituerat *Franciſcus Arcadius*, et *Petrus Poſſinus* in ordinem redegit, addida criſi.

4. *Fabricii* B. Gr. Libr. II. c. 10. n. 44. Vol. I. et Vol. IX. pag. 253. ſqq. *Hamberger*. Z. N. III. pag. 153. ſqq. *Ch. Aug. Heumanni* diſſ. de Iſidoro Peluſiota et eius epiſtolis, quas maximam partem fictitias eſſe demonſtratur, Gottingae 1737. 4. rec. in eiusd. Primitiis Gottingens. academ. pag. 210 ſqq.

§. 43.

DIONYSIVS AREOPAGITA

1. Num ſaeculo quarto, an quinto aut ſexto ſcripta, quae ſub illius nomine circumferuntur, ab alio quodam ficta ſint, nondum conuenit. Saltem a. demum 532. Seueriani primi ad illa prouocarunt. Atque multa, quae ad doctrinam ritusque eccleſiaſt. ſpectant et quae in illis occurrunt, atque

oratio myſtica, obſcura ac tumida aetatem Dionyſio multo feriorem produnt.

2. Quidquid eſt, optima habetur editio inſcripta: *Dionyſii Opera*, cum ſcholiis S. Maximi et paraphraſi Pachymerae a *Balthaſare Corderio* latine interpretata, et notis theologicis illuſtrata, Antwerp. 1634. fol. — recus Paris 1644. et *Io. Chaumontii* defenſione Areopagitae locupletata. — cod. ſaec. X. eſt in bibl. academiae doctrinarum Petropolitanae.

3. Confer ſupra §. 3. et *Fabricii* B. Gr. vol. V. pag. 3. ſqq. *Hamberg*. III. pag. 287 ſqq.

§. 44.

THEODORVS

1. Poſt an. Ch. 525. vixit, et *Anagnoſtes* fuit in templo Conſtantinopolitano. Hiſtorias eccleſiaſt. Socratis, Sozomeni et Theodoriti in epitomen redegit libr. II. qui adhuc in pluteis MSStorum latent. Dein continuauit illas, et ſtilo perſequutus eſt fata eccleſiae ab Theodoſio Iun. vsque ad Aug. Iuſtinianum, libr. II. ex quibus tantum ſuperſunt *eclogae* ſiue excerpta ab Rob. Stephano cum Euſebio et reliquis H. E. ſcriptoribus, atque additis fragmentis aliis, a Valeſio et Reading cum Theodoriti hiſt. eccl. edita.

2. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. p. 326. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 128. *Saxii* On. III. p. 27.

§. 45.

Gregorius II. pontifex Agrigentinorum. Secundum *Mongitorem* in Bibl. ſicula, tom. II. pag.

pag. 262. ſq. natus eſt circa a. 524. in quodam vico prope Agrigentinam vrbem Praetorion vocato, et poſt varia itinera fataque mortuus eſt circa a. 564. d. 23. Nouembr. Alii tamen diem natalem collocant in a. 559. eiusque aetatem vltra initium ſaeculi ſexti extendunt: vniuerſim in annis vitae, munerum, mortisque definiendis in aliam abeunt ſententiam, et *Lancea* in diſſ. de aetate Gregorii, tom. IV. opuſcul. autor. Siculorum confert aetatem Gregorii in tempora Iuſtiniani ſecundi. — Gregorii vitam, at multis fabulis de eius miraculis repletam, et tamen a Simeone Metaphraſte maximam partem repetitam, ſcripſit *Leontius Presbyter*, eamque edidit *Octauius Caietanus* in vitis SS. ſiculorum tom. I. Panormi 1657. fol. pag. 188. ſqq. qui etiam in animaduerſſ. pag. 175 ſqq. eiusdem vitae compendium ax cod. Veneto publicauit. Sed *Leontii* vita hucusque neque integra, et latina tantum exſtiterat. *Morcellus* autem in annalibus Gregorii vſus eſt II. codd. gr. bibl. Vaticanae, quorum vnus ſaeculo nono exaratus, et lacunas quasdam ex aliis codd. Vatic. expleuit. Gregorius multas ſcripſerat orationes atque homilias, (v. Mongitor. l. c.) Sed praecipuum eius opus fuiſſe fertur commentarius in Eccleſiaſten eiusque mentionem vberiorem primus fecerat Petr. Poſſeu. in theſauro aſcetico: nuper autem primum editus eſt et inſcriptus: *τȣ ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Γρηγοριȣ ἐπισκοπȣ Ἀγριγεντȣ ἐξηγησεως εις τον ἐκκλεσιαςην λογοι δεκα.* *S. Gregorii* Pontificis Agrigentinorum libri decem explanationis Eccleſiaſtae, graece primum et cum latina interpretatione ac commentariis vulgati,

 quibus

quibus praepofita eft vita eiusdem Pontificis a *Leontio* Monacho fcripta, nec hactenus graece edita, cura *Steph. Ant. Morcelli.* Venetiis, 1791. Excud. fratres Coletii, cum icone Gregorii. conf. ephem. litterar. Lipfiens. a. 1791. plag. 61.

§. 46.

Inftituti ratio et breuitas non patitur, vt reliquos fcriptores ecclefiafticos et theologos faeculorum VI. et quae confequuntur, copiofius perfequar; quum praefertim pauci in his fint, quorum vberior notitia tironibus fit admodum fructuofa. Quare in paucorum commemoratione aliquantum diutius verfabor, reliquos nominaffe, iam fufficiet. Eorum, qui plura de illis fcire aueant, defiderio fatisfacient Fabricius, Hambergerus, Saxius, iique, qui ab his triumuiris laudantur.

— *Zacharias*, fcholafticus, epifcopus Mytilenenfis, a quo munere etiam *Mytilenaeus* quibusdam audit, circ. a. C. 536. (conf. *Bruckeri* hiftor. crit. philof. periodi fecundae part. II. fiue vol. III. pag. 528. Saxii On. II. p. 40.) — *Gregentius* archipraeful Tapharenfis, qui a. C. 552. viuere defiit. — *Euftratius*, *) presbyter Conftantinopolitanus, poft a. C. 582. (*Sax.* II. p. 60.) *Cyrillus*, Scytopolitan. presbyter et Monachus (*Fabr.* B. Gr. vol. X. pag. 155 fqq.)

Eua-

*) Conf. *Photii* bibl. 171. ad quem locum notas fcripfit et *Euftratii* opufc. quoddam gr. ac lat. edidit *Allatius* in libro: de vtriusque ecclefiae occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de purgatorio confenfione. Romae 1655. 8. pag. 318 — 580.

Euagrius, Epiphaniae in Coelesyria natus a. C. 53$\frac{6}{7}$. scholasticus siue patronus caussarum, ab Mauricio, Aug. honoribus Praefecti mactatus est: scripsit historiam ecclesiasticam ab eo tempore, quo Socrates et Theodoritus desierant vsque ad a. 593. Illa vero haeret edd. quibusdam Eusebii et Theodoriti. (v. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 126. sqq. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 439. sqq. *Sax.* II. p. 63.)

Ioannes *), Cappadox, *Nesteutes* s. *Ieiunator* cognominatus, Patriarcha Constantinopolitanus ab a. 582 — 595, quo vitam finiuit. (*Saxii* On. II. p. 60.) — *Anastasius*, maior, episcopus Antiochenus, a. 561. obiit a. 598. Neque est, quod quidem alii fecerunt, confundendus cum *Anastasio* minore, maioris successore; nec cum S. *Anastasio* presbytero et monacho Sinaita in Arabia, circa a. 680. (in cuius *quaestionibus et responsionibus* CLIV. de variis argumentis, notante *Lambecbero* in diss. subiuncta eius bibl. ciuicae Vindobon. p. 15. sq. *Genadii* quidam dialogus circumfertur. v. *Iac. Basnagius* in obseru. de duplici *Anastasio*, Antiocheno et Sinaita, in Canisii lection. antiq. tom. I. pag. 433. sqq. aliique, quos laudat *Saxius* de maiore Anastasio pag. 49 sq. ac p. 536. et de *Anastasio*, presbytero Sinaita pag. 81. item *Henschen* in Actis Sanctorum m. April. vol. II. a. 1675, qui de vtroque, Anastasio et patriarcha Antiocheno, et Sinaita fusius differit. — De *Anastasio*, qui antequam imperium nancisceretur Antiochiae episcopus non quidem consecratus; sed

T 5 populi

*) Conf. catal. codd. graec. Nanianor. p. 404. nr. 3. p. 426. nr. 4. p. 424. n. 35.

populi suffragiis electus fuerat et designatus, v. *Villoison* in anecdot. graec. II. pag. 28—45 ad *Procopii Gazaei* oration. in laudem Anastasii illius graece primum editam. — In locum Anastasii Antiocheni fuit *Gregorius*, Antiochenus, ab a. 570. patriarcha suffectus, qui naturae debitum reddidit a. 593. (*Sax.* l. c pag. 56. sq.)

(v. *Fabricii* B. Gr. Vol. IX. pag. 312. et 332. *Hambergeri* Z. N. III. p. 450.) — *Ioannes Scholasticus*, ab opere quodam ascetico, Κλίμαξ, inscripto, cognomen accepit *Climaci*: Abbas monasterii in monte Sina, a. C. 606. grandaeuus de vita decessit. (*Saxe* l. c. pag. 58.) — *Ioannes Moschi*, scil. filius, cognomine *Eucrates*, Monachus, circa a. C. 610. — *Georgius Alexandrinus*, circ. ab a. 620. episcopus, auctor vitae S. Chrysostomi, et secundum nonnullos auctor *chronici Alexandrini* seu *Paschalis*, (de quo vide in superiore part. I. tomi I. pag. 481.) denat. a. 630. (*Sax.* l. c pag. 69.) — *Sophronius*, gente Damascenus, ab a. 633. patriarcha Hierosolymitanus, mort. a. 636. mire diuersus a *Sophronio*, Hieronymi amico, circ. a. 381. claro.

— *Maximus*, Monachus, Confessor, et Abbas Chrysopolitanus. Quod vero Monotheletis acriter se opposuit, in exsilium missus est, vbi cum multis molestiis et aerumnis conflictatus a. C. 662. omnium calamitatum finem morte consequutus est. A. 640 *computum ecclesiasticum* scripsisse videtur *Saxio* in Onom. II. pag. 75. et p. 542. vbi plures laudat, qui egerunt de illo. Enarratio christiani paschatis, graece e cod. Vaticano cum versione latina *Dionysii Petauii* exstat in Petauii

Vrano-

Vranologio. Paris. 1630. p. 313. — Multa fcripfit et plura iunctim edita funt a *Franc. Combefis*, in *S. Maximi* Operibus, Paris. 1675. fol. II. voll. fcripta pfychologica in Analectis nouis patrum etc. Venet. 1781. pag. 153. v. *Hambergeri Z.* N. III. pag. 504 fqq.

Theodorus Rhaaithuenfis f. Laurae monafterii in parte Palaeftinae presbyter f. abbas, ὁ τῆς ῥαιθοῦ circ. a. 650 aut 660. Scripfit libr. de incarnatione diuina aduerfus haerefes, editum primum gr. et lat. a *Theodoro Beza*, Geneuae 1567. 4. et in Opp. *Bezae* tom. III. pag. 309. fqq. Geneu. 1582. fol. — tum lacuna in fine fuppleta, gr. et lat. ex verfione et cum notis *Roberti Balforei*, Lutet. Fed. Morell. 1599. 8. — cum verfione *Franc. Turriani*, in *Ducaei* Auct. bibl. PP. tom. I. pag. 319. et biblioth. PP. Paris. 1644. tom. XI. — Nouiffima eft editio: *Theodori Rhaithu* libellus de incarnatione domini, gr. et lat. ex Suidae, tum et Io. Meurfii ac Caroli du Fresne gloffariis emendatus atque explicatus opera *Io. Benedict. Carpzou*, partic. prior, Helmftad. 1779. — pofterior. 1780. 4. Carpzou. in notis explicat et verba, praefertim rariora, et formulas ecclefiafticas: in praefatione autem ad priorem partem agit de auctore eiusque libello, variisque editionibus. Adde *Hamberg*. l. c. pag. 503. fqq. et *Saxii* On. II. pag. 78.

S. Andreas monachus primum Hierofolymitanus: a. 680 interfuit fynodo CPolitanae Monotheletarum cauffa; dein epifcopus Cretenfis. — *Antonius* Μελισσα, h. e. apis, monachus graecus, a Cauio ad faeculum XII. male detrufus, a *Saxio* On.

On. II. pag. 87. saeculo VIII. et quidem a. 760. adligatur, quoniam Ioannis Damasceni exemplum imitatus, locos sententiarum communes digessit. conf. *Fabricii* B. Gr. vol. VIII. pag. 821. sqq.

Germanus I. castratus iussu Constantini Pogonati, ab a. 715. patriarcha Constantinopolitanus, quod vero Leoni Isaurico aduersabatur, dignitatem a. 730. amisit et priuatus vixit vsque ad annum fatalem 740. (Saxii On. II. pag. 83.)

Ioannes Damascenus a patria dictus, primum in regunda ciuitate versatus, deinde secessit in Monasterium Sabae prope Hierosolyma; acutus philosophus et probabilis orator, vnde *Chrysorrhoes* dicebatur. Auctor est theologiae systematicae et pater inter Graecos philosophiae scholasticae: vitae vsura adhuc fruitus est post a. C. 754. Multa scripsit: in his memorabilis est *orthodoxae fidei accurata expositio:* cuius prima rarissimaque editio est inscripta ἰωάννȣ τȣ̃ Δαμασκηνȣ̃ ἔκδοσις τῆς ὀρθοδόξης πίςεως — *Io. Demasceni editio orthodoxae fidei. Eiusdem de iis, qui in fide dormierunt.* graece. Veronae MDXXXI. 4. in calce. *Veronae ap. Stephanum et fratres Sabios mense Mart.* MDXXXI. (1531.) — Iidem libri gr. ex ed. *Ioannis Ephesini*, in Moldauia, 1715. 4. — *Quantum defunctis prosint viuentium bona opera sermo Io. Damasceni, Io. Oecolampadio interprete;* in calce, Augustae Vindelicor. 1520. 4. — Idem *Oecolampadius* in latinum vertit *Io. Patriarchae* CPolitani vitam S. Io. Damasceni; cuius primam, aliisque incognitam editionem sine l. et a. 4. memorat *Lambacher* in bibl. antiqua ciuica Vindobon. pag. 101. Posseuinus autem et Fabricius antiquiorem

orem non laudant, quam quae Coloniae excusa est apud Quentelium 1536. — Ein Tractetlein des *b. Iohannis Damasceni*, wie man die böse Zuneigungen des Herzens überwinden möge; german. versus a *Wilibaldo Pirkheymero*, in Theatro virtutis et honoris, oder Tugend Büchlein etc. cum praef. Hans im Hoff, Noribergae 1606. 8. pag. 41. sqq. — *Gregorii* Thessalonicensis X. orationes cum singulis *Chrysostomi* et *Amphilochii* Iconensis, item fragmento *Io. Damasceni*. ex quinque codd. msstis primum edidit *C. F. Matthaei* etc. Mosquae 1776. 8. — Eius *Opera* omnia, quae exstant, et eius nomine circumferuntur, optime edidit gr. et lat. P. *Michael. Lequien*. Paris. 1712. Tom. I. II. fol. v. Acta erudit. Lips. m. Ian. a. 1713. p. 1. sq. cat. codd. gr. Naniah. p. 422. sq. Conf. *Fabric*. B. Gr. Vol. VIII. pag. 727. sqq. *Hamberger*. Z. N. Vol. III. pag. 528. sqq *Brucker*. hist. crit. phil. Tom. III. pag. 27. not. pag. 534. sq. et pag. 723. *Sax*. II. p. 84. sq.

Theodorus, Abucara, discipulus Ioannis Damasceni, episcopus, theologus et philosophus circa a. C. 770. — *Theodorus*, Studites, Monachus, theolog. et sophista nat a. C. 759. denatus a. 826. Sancti *Theodori Studitae* epistolae aliaque scripta dogmatica, graece et latine, pleraque *Sirmondo* interprete. Venetiis e typographia Barth. Iauarina. 1718. rec. in *Iacobi Sirmondi* Opp. tom. V. ed. II. Venet. 1728. fol. *De la Baune* addidit textum graecum et alia. conf. *Baumgarten* Nachricht. von merkwürdigen Büchern vol. II. pag. 406 sqq. inprimis pag. 437—442. vbi singula opuscula copiose recensentur. — In cod.

cod 61. Naniano, (teſte catalogo codicum graecor. msst apud Nanios adſeruatorum pag. 88. ſqq.) extant 135 catecheſes Theodori Studitae, eiusdem teſtamentum et *Naucratii* epiſtola encyclica: ex cuius ὁμολογία τȢ ἀδελφȢ ἡμῶν Θαδδαίȣ, a Fabricio non memorata, particula quaedam eſt euulgata: ex cod 81. qui 130 catecheſes Theod, cum eiusdem teſtamento continet graece nondum editas, tres catech. in catal. pag. 164 ſqq. primum ſpeciminis loco graece ſunt euulgatae. — adde codd. 61. 68. 71. n. 7. 82. 83. nr. 10. et 85. n. 2 — 4.

Petrus, Siculus, forſan a patria, cognominatus. Memoriae prodidit poſt a. C. 870. hiſtoriam nouorum Manichaeorum ſ. Paulicianorum, quam gr. et lat. edidit *Matthaeus Rader*, Ingolſt. 1604. 4. conf. *Mongitor.* bibl. Sic. tom. II. h. v. *Bernard*, in epiſtola ad Reiskium, exarata Amſtel. 1748. (ad Reiskii vitam pag. 270.) ſcribit, quemdam ipſe ſignificaſſe, ſe Hiſtoriae Manichaeorum *Petri Siculi*, de quo Fabr. B. Gr. tom. V. pag. 292. nouam moliri editionem, cui accedant illa, quae V. D. Noltenius et Beauſobre ſuis adleuiſſent exemplaribus. Quae editio num praelo exierit, equidem ignoro. adde *Saxii* On. II. pag. 124.

Cyrillus et *Methodius*, (alias *Methud*), ſacerdotes graeci et monachi ex ordine S. Baſilii, ab imperatore Michaele Bagore, rogante Swatopluk, principe ac domino Morauiae, circa a. 859. Morauiam ſunt miſſi, qui chriſtianam doctrinam ac diſciplinam ibi traderent atque conſtituerent: id, quod illi ſecundum ritus ac praecepta eccleſiae

graecae

graecae primum in Morauia, tum in Bohemia, a Borziwoy, duce Bohemico, inuitati, effecerunt. vide Hiſtoriſche Unterſuchung der Frage: ward das Chriſtenthum in Böhmen von Methud nach den Grundſatzen der griechiſchen oder lateiniſchen Kirche eingeführt, von *Chriſt. Sam. Schmidt* Pfarrer zu Köenigshayn. Lipſiae 1789. 8. qui aduerſus Dobnerum, contrariam tuitum ſententiam, disputat. — De S. *Methodio*, confeſſore et homologeta, ob ſacrarum imaginum ſtudia claro, et ab an. 842 patriarcha CPolitano, denique defuncto a. 847. v. quos laudat *Saxius* in Onom. II. pag. 113. — *Arethas*, Archiepiſcopus Caeſareae in Cappadocia circ. a. C. 911. ——

Nicon, Armenus, Monachus: cognomine *μετανοεῖτε* inſignitus eſt, quod illud voc. continuo fere vſurpabat, Graeciam aliasque prouincias perrans. Obiit a. C. 998. *Saxii* On. II. p. 153. *Hamberg.* II. pag. 707. ſq. et catal. codd. gr. Nanianor. p. 134. ſqq.

Oecumenius, epiſcopus Triccae in Thracia, ante a. C. milleſimum. Confecit commentarios, ſiue catenam ex patribus contextam in Acta Apoſtolorum et epiſtolas, graece vulgatam cum *Arethae* explanat. in Apocalypſin, Veronae 1532. fol. cura *Donati*; tum cum eiusdem *Arethae* explan. gr. et lat. interprete *Ioanne Hentenio*, emendatore et praelectore huius edit. *Fed. Morello*, tom. II. Lutet. Paris. 1630. fol. — *Oecumenii* expoſitio in ſeptem epiſtolas catholicas, gr. et lat. cum annotatt. *Bartholom. Coppen.* Francof. 1610. 4. adde *Montfaucon* Bibl. Coisl. p. 277. et conf. *Fabricii*

bricii B. Gr. Vol. VII. pag. 788. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 708. sqq. *Saxii* On. II. p. 164.

Michael Cerularius ab a. 1043. patriarcha CPolitanus, episcopi romani grauis aduersarius et schismatis ecclesiae graecae latinaeque praecipuus auctor: mortuus a. 1059, teste *Saxio* in Onom. II pag. 172. vbi plures laudat VV. DD.

Simeon, praefectus Monasterii S. Mamantis in Xylocerco CPoli: clarus fuit circ. A. C. 1030. Fons vero et caput habetur eorum errorum, qui deinde ab Hesychastis s. graecis, qui vocantur, Quietistis et Palama sunt innouati. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. X. pag. 299. *Hambergeri* Z. N. III. p. 733. sq. *Saxii* On. II. p. 179.

Nicetas, cognomine *Serronius*, primum diaconus CPolitanus, deinde Archiepiscopus siue Metropolita Heracleae in Ponto, floruit circ. a. C. 1070. Collegit *Catenam graecorum patrum in Iobum*, graece et lat. cum graeco Iobi textu opera *Patricii Iunii* in lucem editam Londini 1637. fol. — tum *Catenam patrum graecorum XXX. in Matthaeum*, quae interprete *Balthas. Corderio*, ex bibliotheca Bauar. Tolosae 1647. fol. prodiit, et alias, quae in bibliothecis adhuc latent, (v. *Oudini* Comment. de Scriptor. Eccl. Tom. II. p. 714.) tum scripsit in epistolam I. S. Paulli Ap. ad Corinthios enarrationem, quam graece cum interpretatione latina et annotationibus edidit *Io. Lamius* (cuius lege praefat.) in Deliciis eruditorum, Florent. 1738. 8 et alia v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 432. *Hamberger*. Z. N. III. pag. 766. sq. *Saxii* On. II. p. 192.

Phi-

Philippus Solitarius, monachus graecus, circa initium saec. XII. ad Callinicum monachum scripsit librum, versibus politicis, de Dioptra, siue disputationem inter animum et corpus, cuius versio tantum latina, ab *Isaaco Pontano* confecta, exstat. *Michael Psellus* a. 1105: praefatione et notis illam ornauit. Conf. *Hamberger* in Z N. tom. IV. pag. 11. not. et *Saxium* in Onom. II. pag. 209. sq.

Theophylactus, (patria num CPolitanus, an ex Euripo, h. e. Chalcidensis, fuerit, res est dubia,) propter eruditionem tandem *Acridae* archiepiscopus, et totius *Bulgariae* metropolita factus est. Floruit circa a. 1071. et 1107. fuit adhuc in viuis. Scripsit *epistolas*; (editas primum et notis criticis illustratas a *Ioanne Meursio*, Lugd. Bat. 1617. 4. rec. et aliis XXXV. ex cod. Medic Laur. cura *Io. Lamii* auctas, in *Io. Meursii* Opp Florent. 1746. fol. tom. VIII pag. 787.) — Orationes et alia opuscula, praecipue *commentarios*, siue potius *catenas in oracula diuina*. Auctoritate auxilioque *Francisci Foscarini*, studioque *Bonifacii Finetti*, qui et antea inedita graeca latine vertit, et variarum lectionum fecit collectionem, atque opera *Antonii Bongiouanni* coniunctim prodierunt Θεοφυλάκτȣ —— *Theophylacti*, Bulgariae archiepiscopi *Opera omnia*, siue quae, hactenus edita sunt; siue quae lucem nondum viderunt: cum (*Io. Franc. Bernardi de Rubeis*) praeuia dissertatione. de ipsius Theophylacti gestis et scriptis et doctrina etc. tom. I —— IV. Venetiis 1754. — 1763. fol. conf. *Ernesti* nouam bibl.

theolog. tom. V. part. IX. pag. 771 — 794. —— Variae lectiones in Theophylacti epistolas ex cod. msto, ab Isaaco Vossio editioni Meursii 1617 adscriptae, typis vulgatae leguntur in *Ferdinandi Stoschii* Museo critico, vol. I. fasc. I. Lemgouiae 1774. 8. nr. II. pag. 8 — 15. —— De *Theophylacti* commentariorum in minores Prophetas cod. msto, qui custoditur in bibl. Argentoratensi, exposuit *Io. Dau. Michaelis* in biblioth. orientali atque exegetica, part. VIII. p. 165. sqq. —— De cod. Argentorat. ex quo editor ille Venet. varias lectiones ab initio cap. II. Hoseae vsque ad eius capitis versum septimum, accepit aut adtulit minus curate descriptas, agit M. *Io. Georg. Dahler* in Annal. litter. Helmstad. m. Febr. 1789. —— De rara edit. Theophylacti comment. in IV. euangelica graeca, Romae 1542. fol. aliisque editt. ac versionibus, de cod. Basileensi, de Theophylacto ipso et de Bulgaria aliisque rebus docte differit et Fabricium aliosque subinde corrigit *Io. Gaspar. Hagenbuchius*, Theologiae Profess. in Excursu theologico-litterario de Theophylacto, Bulgariae archiepiscopo, ceu exercitationis philologico-theologicae ad I. Tim. VI. 2. missu quarto, quinto et sexto, ac missus sexti reliquiis, Turici 1760. et 1761. 4. adde *Fabr.* B. Gr. vol. VI. pag. 284. sqq. *Hamberger* Z. N. IV. pag. 24. sqq. *Saxii* Onom. II. pag. 187. sq. —— In bibl. Neostad. ad Aissum est *epitome graeca* commentariorum Theophylacti in quatuor euangelia Matthaei, Marci, Lucae et Ioannis, manu *Io. Oecolampadii* scripta et ex cod. Basil. forsan in vsum Desid. Erasmi confecta. v. cl. *Schnitzer*

Schnitzeri Memor. bibl. illius fasc. III. pag. 28.

Euthymius Zigabenus; siue *Zigadenus*; Monachus CPolitanus, circa. a. 1118. Scripsit 1) iussu Alexii Comneni imperatoris, cuius gratia floruit, πανοπλίαν δογματικὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως siue refutationem omnium haeresium; graece editam cura *Gregorae* Dodon. Tergauisti; in Walachia. 1710. fol. latine versam a *Petr. Franc. Zinio* Venet. 1555. fol. Lugd. 1556. 8. etc. titulum vero XXIV panopliae, siue κατὰ Βογομίλων, ex apographo Bodleianae bibl. edidit et notis illustrauit *Io. Christoph. Wolf* in sua historia Bogomilorum, Wittebergae 1712. 4. —— *Euthymii Zygabeni* libri inuectiui contra Bogomilos, fragmentum ex vatic. codice erutum, graece et e graeca in latinam linguam conuersum a *Nic. Fogginio*, praefecto biblioth. Corsin. cum doctis prolegg. de Zigab. eius scriptis editis atque ineditis, doctrina, Bogomilorum placitis etc. in Anecdotis litterariis ex MSS. codd. erutis vol. IV. Romae 1783. m. 8. pag. 1 — 46. — 2) Victoriam et triumphum de Massilianorum secta, vna cum XIV anathematismis haeresi eorum oppositis: quae in codd. est adpendix superioris operis; editam gr. ac lat. cum adnotationibus *Iac. Tollii*, in eiusd. Insignibus itinerarii italici p. 106. — 3) Commentar. in Psalmos Dauidis et in X. S S. cantica: praefatio tantum olim graece fuit vulgata a *Stephano le Moyne* in variis sacris p. 150 — 210. cum interpretatione latina *Philippi Sauli*, Brugnatensis episcopi, cuius versio commentariorum latina post eius mor-

 tem

tem primum prodierat Veronae 1530 fol. tum Paris. 1543. 8. et deinceps saepius. — Commentar. in Psalmos primum graece editus est inter Theophylacti opera tom. IV. Venet.. 1763. De codd commentarii gr. in Psalmos Mosquensibus v. *Matthaei* prolegg. ad Zigabeni comment. in Euangelia pagg. 25 sqq. — 4) Commentarium in quatuor euangelia, ex Chrysostomi aliorumque veterum scriptis magna ex parte collectum: cuius versio latina e praeclaro gr. codice, *a Io. Hentenio* facta, et primum Louanii 1544. fol. tum Paris. 1547. et saepius edita fuit: (de quibus et reliquis Eythymii scriptis eorumque editionibus v. *Fabricii* B. Gr. libr. V. cap. 11. vol. VII. pag. 460. sqq. et *Hamberg.* Z. N. IIII. pag. 79 sqq. ac quos illi laudant.) —— Commentarius in IV. Euangelia demum graece et lat. cum doctis prolegomenis, (in quibus doct. editor etiam ex codd. Mosq. dedit supplementa gr. ad edit. Panopliae Tergobystanam, tum vnius Psalmi scholia, aliorumque Euthymiorum memoriam et alia subiecit,) et cum notis cura cel. *Matthaei* lucem adspexit: cuius editio inscripta est: *Euthymii Zigabeni* commentar. in quatuor euangelia, graece et latine. Textum graecum numquam antea editum ad fidem duorum codicum membr. bibliothecarum SS. Synodi Mosquensis auctoris aetate scriptorum diligenter recensuit, et repetita versione latina *Io. Hentenii* suisque adiectis animaduersionibus edidit *Christian. Frieder. Matthaei*, collegiorum imperialium Rossicorum adsessor et acad. Vitemberg. Gr. LL. Professor. tom. I. (qui in duas diuisus est partes,) II. et III.

1792.

1792. m. 8. tom. I. in prolegg. pag. 132 sqq. Matthaei collegit et notis interdum criticis illustrauit lectiones varias vtriusque codicis Mosquensis ad quatuor euangelia. ——

